

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

15 May

VI - 14

S. J. Gottlieb
wzg. l. 1779

Opera P. L. Pignori
LAVRENTII PIGNORII
PATAVINI
DE SERVIS,
ET EORVM APVD VETERES
ministerijs, Commentarius.

*In quo familia, tum urbana, tum rustica, ordine
producitur & illustratur.*



*AUGVSTAE VINDELICORVM,
ad insigne pinus.*

Anno M D C X I I I.

6

LARINTHIGNORI
PATAVINI
DE SERVIA
TERORVM APUD AVTERRES
minutissime Compendia
ab aliis tam impudicis tam indecoris
vulgari & vniuersaliter



K.

Per Ill^{ri}. & R^{mo}. Domino
DOM. SCIPIONI

COBELLUTIO,

Ab epistolis & secretis

S^{mo}. D. N. PAVLO PAPAE V.

Laurentius Pignorius Patauinus

Sal. D.

Agitur nunc annus octauis Rme. Domine, cum ego iste apud MARCVM CORNEIUM Episcopum nostrum, patronum & vindicem fortunarum mearum, proxenetā & parario PAVLO GVALDO, cuius tu nomen in lummo albo amicorum iam diu descriptum habes, penetraui me (quæ tua est humanitas) in adyta benevolentię tuę, quam ego flagrantissimè olim concipiueram, inflammatus dicitis viri optimi & eruditissimi Ioh. VINCENTII PINELLI τε μακαρίου. Ille mihi (ut erat ingeniorum & stimator acerrimus) prædicauerat, & quidem non semel, eruditōrem tuam, amorem in boenas litteras, candorem & vim animi, nati & facti ad maxima quæque. Hauseram ego hæc ore hiante, & reconsiderarem penitus, quæ in re præsenti maiora compcri & famâ & fide. Tu enim proximus dls (ut ille ait) & onustus mole & pondere ingentium negotiorum, pergis tamen amare litteras nostras, & comitatem re-

) (2 tinere

tinere in fastigio isto, in quo te collocauit suauissimi
mores tui, & doctrina illa, quâ polles, recondita & sin-
gularis. Qualia enim sunt illa, quod tu & isthic omnia
mihi præstiteris, quæ tuam benignitatem decebant, &
profecitum in patriam eo beneficio ornaris, cuius apud
me erit memoria sempiterna? Seposui ego hæc, & in
cellâ interiore animi collocaui, ut obuersentur mihi
iugiter una cum sanctioribus & augustinoribus curis.
In horum contestationem prodeunt ad te nunc scripta
hæc mea, non indigna planè, quæ tu aliquando adspic-
ias horis subcisiuis, tum quia præ se ferunt in ipsa pe-
nè fronte, honestissimum titulum multo amplissimi
nominis tui, tum quia ea tractant, quæ utcumque ex-
hibent Romanam maiestatem, cuius tu & similes tui
qualemcumque imaginem amatis. Amplectere tu in
hoc meo conatu monumentum animi non ingrati,
qui, non ut paria tecum faciat, hoc enim exiguitas mea
non patitur, sed ut ne omnino conturbasse videatur,
summulam hanc extare voluit, & legi in hoc publico
veluti chirographo, quando priuatas tabulas tuas be-
neficiarias totas & integras, amplissimorum tuorum
in me meritorum relatio occupet necesse est. Sospite
te DEVS Rm. Domine, in tuum tuorumq; ornamen-
tum, & in tutelam penè destitutarum apud nos Philo-
logiæ & Musarum. Patauij XIII, Kal. Octob. MDCXII.

BRE-

BREVARIUM OPERIS.

PRAELVRIA.

Seruorum multitudo apud veteres. 1. 2. 3. 252. in Aegina
insula, Athenis & alibi. 3. 4. in Italia & Româ. ibid. Ro-
ma quando. 4. Serui quo tempore esse desierint. 195. Ser-
uorum ministeria distincta. 4.

Seruitii nomen vetustissimum. 7. origo antiquissima. 8. du-
plex ratio. 7. 8. Legibus & constitutionibus Principum
ampliati. 9. Seruorum, & mancipiorum etymon. 7. 8. Ser-
uitutis conditio iniqua. 9. 10. 11. Seruilia supplicia 11. 12.
13. 14. 15. eadem que martyrum nostrorum. ibid.

fugitiui, & fugitiuarij qui conquirerent. 15. 16. 17. 18. 19.

Praconium. Libellus. preces Vestalium. 16. milites statio-
narij. 17. Asylum, statua, ara, perfugium fugitiuis. 17. fu-
ge & cognitio ad quem spectaret. 17. 18. 19. Stigmata fugiti-
uorum. 19. 20. in fronte. & quibus notus. 20. 21. Collaria
inscripta. Lamelle inscriptæ. 21. 22. fugitiui dati ad besti-
as, in ludum, & cruci affixi. 23. 24.

Seruorum omnia dominorum omnia. Filij etiam & carita-
tes. 24. 25. Ipsi pignori dati, addicti, & censiti. 25. 26.

horum nomina collectiva aliquot,

familia, famulitum, grex. 26. puer, pueri, pedagogium, pa-
dagogia. 27. 28. seruitium, seruitia, homines. 28. verne,

(3) ver-

vernaculi. 28. 29. 30. Catasta, & mangonum fraudes. 30.
31. 32. 177. vernalia, vernalis, verniliter. 32. 33. comati,
eriniti, capillati. 34. 230. seruorum frequentes quadam
appellationes in scriptis ICrum 35. Serui publici. Limocin-
eti 35. 36. 37. Aquarij & eorum munera. 37. 38.
nationes & nomine propria seruorum. 38. 39. cognomina e-
orundem. 41.

FAMILIA VRBANA.

Serui urbani qui. 39. 40. medici, chirurgi, & ocularij. 40.
clinici, chirurgi, & ocularij simul. 41 clinici qui 42. dis-
fectores caduferum. pollinctores succollatores usores 43.
43. orcinii & pileati 43. princeps medicorum superpos-
tus medicorum; medica & tractatrices. 43. Iatralipta, a-
liptae, undatores, mediastini. 44. 45. curatores agrorum &
amentium. 44.
balneatores, 45. pueri unguentarij, 47. 48. alipilarij, ali-
pili, mulieres undrices, 48. tonsores, 49. constrictores, 50.
offarij, & coqui. archimagiri & supra coquos, 51. pistores,
dulciarij, lactarij, 51. 52. placentarij, pomarij, focarij, ve-
natores, aucupes, 52. promi, penuiarij, condi-promi, pro-
curatores peni, ancille penuaria, ibid.
ministri coniuiales, qui propriè ministri & ministeria, 53. 54
ministri & ministeria late accepta, ibid. ministeriales, 55.
68.
obsonatores, invitatores, vocatores, nomenclatores, cala-
tores, 59. 60. indices horarij, 61. tricliniarcha, qui &
summus minister, 60. ab aquimanili & polubro, ibid Infer-
tores sepularum & luminum. Lectisternatores, 60. 61. 62.
63. mensarum detersores, 62.
Structor, 62. 63. scissor & carptor, 63. 64. diribitores pana-
rij, 64. 65.

prægustatores, papates, 65. argento & auro prepositi, 66.
ab auro gemmato, 67. ab argento potorio, ab argento sce-
nico, ibid. vasorum detersores, 67.
ministratores, 67. 68. pueri ad cyathum & vinum, pocilla-
tores, ad cyathos, scantiones, à lagena seu laguna, 68. 69.
ministri aqua calida & gelida, muscarum abactores, ibid.
à matella, 69. pueri ad pedes; à pedibus; & circumdedes,
71. 72.
symphoniaci, & acroamata, 79. aratalogi, symphoniaci in
naui, 80. 81. chorus, choraula, cytharædi, 81. præpositus
à fiblis Cesarianus, 81. 82. 83. 84. mulieres cytharistriae,
84. 85.
tibicinæ, tibicines, fidicines, fistulatores, sambucina, crota-
listria, 86. 87. cymbalistria, 89. 90. tympanistria, 94.
organici, hydraulæ; organarij, 94. 95. alijs serui de triclinio
docti symphoniam, 96. puella in ministerio, nuditate,
cantu, saltatione, 97. 98.
comœdi & histrones, 98. 99. 102. moriones, 99. 100. nani,
nanæ, scurrae, 100. 101. suffitores, 102. 103. gladiatores in
conuiuio, ibid.
mediastini, scoparij, lecticarij pro scoparijs, 103. 104. spatu-
matu detersores, & reliquarū abiectaram collectores, 105.
ministrorum numerus, geruli, 105. 106. 107. 108.
supellecticarii, celatores, vascularij, argentarij, & à Corin-
thiis, 109. 110. 111. vestiarij, vestifici, vestispiçi, vestito-
res, 111. 112. ianitores & clauicularij, 114.
à bibliothecis, à studijs, anagnosæ, à manu, scriptores, no-
tarij, 114. 115. 116. library, antiquarij, tabellarij, 119.
scribae, bibliopola, libraria, 120. glutinatores, 121. pumi-
catores, malleatores, ornatores, miniculatores, 122.
grammatici, padagogi, magistri, præceptores, 122. 123. ca-
psarij, 125.

armigeri, 125. à pugione, à custodia armorum, cæcilia, calones, 126. clauatores, galeary, lixe, 127. anteambulones, 127. 128. pedissequi, officium, salutatores, 130. 131. aduersitores, accessores, comites, 133. geruli lychnorum, funalium, laternarum, lampadarum &c. 134. 135. monitores varij, ibid. lecticarii, 136. cathedralry & cathedralicij, 142. 216. nomenclatores publici & priuati, monitores & factores, 144. 145. 146. precones & buccinatores, 145. 146. cursores, 147. 148. Mauri & Aethiopes, 150. macharophori, 151. tabellarii, 151. tabularij Casariani, 153. qui dominum rus, vel peregrè abeuntem comitabantur, 153. 154. actores, maiores domus, 154. adiutores actoris, 155. à calendario, 156. dispensatores & prorogatores, 156. 157. à frumento, 159. ab ephemeride, 160. 161. tessera, 161. tesseralij, ibid. arcarii, 165. à loculis, à crumena, à marsupio, 166. procuratores priuati & palatini, 167. 168. à pignoribus, à pecunij, à mensa, 168. exactores, procurator Cæsaris, rationales, 169. ratiocinator & à rationibus, 169. 170. calculator, 170. 178. negociatores, sarcinatores, sarcinatrices, 175. naui prepositi, venaliciarij & venalicij, 176. institores varij, 177. 178. circitores, 178. 179. ancilla negociaitioni preposita, 220. artifices, 179. gladiatores, agitatores, funambuli, palestræ, 179. 180. magici pueri, 180. 181. pictores, calatores, fullones, textores, phrygiones, sutores, cerdones, 182. solearj, sandaliarj, sutores caligarj, 183. dominarum famulitum, 183. 184. eunuchi, 184. 185. 186.

187.

187. 188. 189. ancilla, 190. eadem à cubili, ibid. prepositus & primicerius, 185. silentiarj, 186. 187. papates, 188. aquarj, aquarioli, baccariones, ibid. oblitrices, adletrices, nutrices, gerula, nutritores, nutriçij, bauli, canarj, educatores, 191. 192. tata, mamma, 193. alumnus, collectaneus, colactius, collecteus, 194. 195. à cura catellæ mulier, item ab argento potorio, 196. cosmetæ, ornatrices, ornatores, 197. 198. 199. 200. cinerarj & ciniflones, 200. 201. vestiplicæ, vestispica, vestifaci, vestifice, 208. vestiaria, 209. textrices, lanipendia, lanifica, 209. 210. 211. ancillulæ, flabellifera, umbellifera, sandaligerule, anteambulatrices, pedisseque, 211. 212. comites varij, 213. salutigeruli, internuncij, 214. muliones, basternarj, carrucarj, cisiarj, lecticarj, rhedarj, iunctores, 214. 215. 216. 217. 219. pueri cathedralicij, 216. 217. ostiarij, 220. 221. 222. 223. 225. excubiae, custodes, 221. 222. 238. ianitores & ianitrices, 224. 225. 226. serui à Iano, 226. atrienses, atriarj, 227. 228. ab atrio curando, 230. officinator à statuis, magister ab marmoribus, 231. admissionales, 231. magister admissionum, proximus admissionum, 232. adiutor magistri, 233. serui velarj, 233. 234. cubicularii, prepositus cubiculo, supra cubuclarios, 237. 238. 239. custodes cubiculares &c. 241. diætarii, & zatarj, 241. 242. 244. diætarchi 244. 245. hortulani, 245. 246. villici & procuratores hortorum, ibid. subvillici, 247. viridiarj & aquarj, 247. 248. 249. topiarij, 249. 250.

)
insu-

insularii & custodes, 250. 251. 252.

FAMILIA RVSTICA.

Serui rustici numero & ordine nobiles, 252. 253.
atrienses rustici, 254.
pistores & pistrices, 254. mulieres de coquina, ibid.
focariæ, focarij, cellararij, cellerarij, promi, 255.
operarii, 255. coloni, lanifícia, lania, textores, 256. 257. fef-
sores, ergastuli, ergastularij, 257. 258. 259. 260. 261. 262.
figuli, 264. 265. fornacarius, ibid.
arator, iugarius, bubulcus, bubequa, tonsores ouium, opilio-
nes, ouiliones, caprarii, viruicarii, equisones, equorum
magistri, agasones, custodes equorum, equitii, gregarii,
265.
superumentarii, asinarij, agitatores, muliones, subulci,
porculatores, porcarij, 266. pastores, pecori prefecți, peco-
ris magistri, custodes armenti, armentorum pastores, 267.
villicus, epitropos, vicedominus, 267. 268. villica, 268. 269.
monitor, dispensator, procurator, 269. 270. à mercedibus
præstandis, actores, 270. exactores rustici, & operum do-
minicorum, 271.
oliuitores, capulatores, leguli, strictores, factores, custodes
torcularium, prælatores, serui doliarij, 271. vinitores, 272.
windemiatores, putator, frondator, leguliss, salictarius,
273. fænisector, 273. 274. olitor, fornacarius, panicocæ-
riae, 274.
piscatores, 274. 275. gallinarius, auiarius, curatores & pa-
stores, 275. auiarius, altiliarius, fartor, 276.
aucupes, 276. 277. venatores, luparij, mansuetarij, 277. ur-
sarij, vestigatores, indagatores, 278.
fabri, architecti, 278. structores, ferrarij, tignarij, fabrecar-
pen-

pentarij, ad qualum, & calcem.
custodes villa mulieres, saltuarij, ianitors, &c. 280.

INDEX AVCTORVM, QVI ILLV- STRANTUR, VEL EMENDANTUR.

Acta Apostolo- rum 226. 236.	Claudianus, 148. 160.	nensis, 235.
Acta martyru- m 2. 3. 184. 188.	M. Cælius, 180.	D. Hieronymus, 152 211. 235.
258. 267. 270.	Cornutus, 156.	Horatius 158.
Aelianus, 212.	157.	225. 232.
Amalarius For- tunatus, 91.	D. Cyprianus, 262	D. Ignatius martyr 55.
Ammianus 277	Danidis Psalmi, 70.	D. Johannes Euāg. 280.
Apocalypsis 173	Diphilus, 220	D. Isidorus, 126. 247
174.	Domitius Vipi- anus, 10. 12.	Iuriscons. 104. 122. 155.
Appuleius, 47. 199. 213. 228.	189. 194.	Iuuenalis, 74. 143. 151. 184. 205. 259 268.
Aristides Rhei- tor, 123. 206.	Ael. Donatus, 154. 155.	Iuuenius, 155.
Asconius, 27.	Euāgeliæ, 226	Ael. Læpidius 138.
Cal. Aurelianus 158	Genesis Sacra, 8	T. Liuius, 270.
D. Bernardus 104. 221.	Glossarium, 42.	Lucanus, 148.
Cicero, 11. 50. 136. 152. 268.	Glossa ad Inue- nalem, 207.	D. Lucas Euāg. 241
269.	C. Græcchus, 139	Macrobius, 97. 241
	D. Gregorius Turo.	Mar-

Marcianus Cappa-	Papianus, 155.
pella, 136.	Papinianus, 180.
D. Marcus Euang.	Paulus ICs. 10.
223.	10. 155. 251.
Martialis, 71. 107	Paulus Diaconus
108. 112. 128.	233.
136. 140. 149.	A. Persius, 164.
162. 214.	Petronius Arbi-
D. Matthaeus Euāg.	ter, 140. 222.
41. 242. 242.	225. 264.
244. 270.	Phædrus Aug. L.
Nemesianus, 148	259.
Nonius Marcellus, 267.	Plautus, 128. 267
Notitia Imperij,	Plinius, 16. 145.
68.	Plinius iunior, 10.
Ouidius, 202. 211	17. 58. 250.
211. 212. 224. 228.	Propertius, 202.
Fab. Quintilianus,	Aur. Prudētius 276
Panegyrista, 80.	136.

LECTO-

Scribonius Lar-

gus, 263.

Seneca, 42. 43.

106. 157. 217.

232. 247. 253.

Ael. Spartanus, 121.

Suetonius, 28.

147. 222.

260.

Symposium, 118.

Corn. Tacitus, 238.

Fl. Theodosius, &

Valentinianus

AA. 163.

Valerius Max.

50. 123. 230.

M. Varro, 137. 267

Virgilius, 63.

LECTORI S.



Commentarium mi Lector, quē nunc primum, grandiusculum iam, nec omnino implumem, euolare patior de nidulo suo, fuisse compressum mihi supra nonum annum, sciunt pleriq. amicorum, qui argumento olim delectati, & amore nimis indulgentes, iam tunc urgere non desiterunt, ut perficerem porro quod inchoaueram. Monebant autem, è retum mea tum aliorum esse, diligenter & accurate tractari, qua non exiguum portionem antiquitatis, ut ipsi quidem profitebantur, illustratum irent. Neg. verò mihi propositum est hac pafatione, aut excusare quod secus, aut praedicare quod sedulò fecerim. Delegabo nimirum hoc arbitrium alijs, ut dispiant an considerim intra conatum, an excurrerim longius. Quæ tractanda mihi sumpsi, dubio procul ex obuia paſsim vetustate sunt, quam qui non nouit, ille verò puer dici iure merito potest. Romanam, Graciam, atq; adeò barbaram historiam qui primoribus labris degustarunt, sciunt nullum ferè auctorem reperiri, in quo non de Seruis & eorum ministerijs, sermo habeatur. Poetae, Grammatici, Oratores, Iurisconsulti, grauiorum doctrinarum professores, Theologi ipsi, hac ideo attigerunt, quia usus poscebat; & quia priuatum & publicè ingenuos omnes, domos & earum singulas partes, vicos, regiones, opera publica, publicas voluntates, templa, fora, basilicas, curias, collegia, negociationes, artificia, totas urbes, rura uniuersa, orbem deniq; Romanum, nec non & circumfusam barbariam, hoc genus hominum perpetuo agmine obsederat. Et quamvis nullibi gentium, ut scripsit a Anaxandrides, ciuitas Seruorum exstaret, ius tamen beli, & turpis hic questus, delicatorum hominum intemperantie nullibi servorum in fas.

Apud Ath.
naum lib. 6.

A inni-

^a lib. 1. de cle-
mentia ca. 24.

infinita seruorum
multitudine in Imp.

Rom.

^b c Diodor. sic.
excerpta lib.
34. & 36.

^d Ep. 17.

^e lib. 33. c. 1.

^f Excerpta Di-
odor. lib. 36.

^g App. A.
pol. 2.

^h Spartianus.

ⁱ Plinius lib.
33. cap. 10.

^k Plutarchus.

^l Seneca de
Tranquill.

^m Surius to 3.

ⁿ Terentianus
in Actis SS.

^o Job. & Pauli.

innixus, adeò refererant omnia, ut liberorum capitum solita-
do, seruilitus copys arte & consilio occulta videretur. ^a Se-
neca; in Senatu dicta est aliquando sententia, ut Seruos
à liberis cultus distingueret, deinde apparuit quantum
periculum immineret, si servi nostri numerare nos cœ-
pissent. Nimis hoc erat curare, ut dominorum hostes (ita
vulgo audiebant servi) agnoscerent vires suas, & armis arre-

ptis, turbarent omnia miscerentq. De ^b Euno ^c Athenione q. le-
gimus, ut Siciliam vastarint, ut Pretores exuerint castris, ut
insignia Regia arripuerint. Neq; hac mirabitur, qui norit (ut
de ergastulis nihil dicamus) urbana & rustica mancipia inex-
haustam materiam bello præbere potuisse. Iure namq; scripsit
^d Seneca, ad pascendam seruorum turbam, transmarinarum re-
gionum fuisse optandam fertilitatem: neq; finxit supra fidem
Petronius, Eumolpi familiam tam magnam per agros Numi-
dia sparsam fuisse, ut posset vel Carthaginem capere. ^e Plinius
ipse testatus est, in domos mancipiorum legiones, & turbam
externam ita coniectam, ut seruorum causa nomenclator ipsi
domino habendus esset. Peruulgata sunt illa, T. f Minucio e-
quiti Romano quadringentos seruos fuisse; totidem ceßisse filiis

^g App. A.
pol. 2.
^h Proculum arre-
b. Spartianus.
ⁱ Cæcilius C. L. I.
^j Crassum maxi-
mam seruorum turbam domi aluisse; ^l Demetrio Pompeiano,
numerum quos idie seruorum velut Imperatori exercitus refer-
ri solitum; ab ^m Hermete prefecto urbis eodem q. martyre, mille

ducentos quinquaginta manumissos fuisse die Sancto Paschatis.
Hac inquam sunt peruulgata, & nota satis. Quæ subiungemus
penitiora erunt fortasse, neq; ideo tamen incredibilia, seu falso
memoria prodita. Ab ⁿ Quinio videlicet Gallicano martyre cla-
risimo,

^o viii. quinque millia seruorum libertate fuisse donata, octo
millia à ^a Melania iuniore; & quod mirandnm nostris mori-
bus valde sit, duo decim millia puerorum ^b Belisarium habuisse. ^c Palladius.
Quæ sane faciunt, ut credam, non augenda rei gratia, sed pla-^b Ammianus.
ne pro veritate, legi in ^d Actis Iuliani martyris: hæc dicente ^e Regino ^f Lipsum.
Præside, aduenit mater eius cum innumerabili familia ^g apud Sur. to.
utriusque sexus. Iam verò illa ^d Aristotelica vix fidem inue-
nient apud plerosq; nostrorum, qui vetera è presentibus meti-^d Athenaeu. li.
untur; in Aegina Insula, & illa quidem satis angusta, nec ad-
modum magni ambitus, quadringenta septuaginta millia ser-^e stadior CLV. 470000
vium capitum fuisse; ut etiam illa Ctesicles, Athenis in censu ex Strab. Is. 8. 470000
Demetrij Phaleræ, quadringenta millia seruorum fuisse recen-
sita. Italiam sane nostram his omnibus anteferre hac etiam in
parte certum est; sedem nimis & domicilium Imperij au-
gustissimi, quod oppresit sui maiestate quidquid uspiam olim
mirum fuit. Ideoq; non immerito MARTINVS SANDELLIVS po-
litissimus amicus noster, Rem publicam & Imperium quæ Ro-^{Roma} humana
ma viguerunt, humanae magnitudinis finientes vel horizontas ^g magnum. hori-
appellare solitus est. Confirmatur autem sententia hac nostra
^f Pliniano encomio; ergo in toto orbe, & in quacunque fl. ult. ca. ate.

parte cœli conuexitas vergit, pulcherrima est omnium,
rebus meritoque principatum naturæ obtinens, Italia,
retrix parensque mundi altera, viris, fœminis, duci-
bus, militibus, SERVITIIS, artium præstantia, ingenio-
rum claritatibus &c. ^h hic pertinent illa D. & Hieronymi, la-
bente iam & inclinato pene Imperio scripta: quis crederet, ^g Epist. ad Es-
tachium.
ut totius orbis extructa victorijs Roma corrueret? ut
ipsa suis populis & mater fieret & sepulcrum? ut tota o-
RIENTIS, AEGYPTI, AFRICÆ littora, olim dominatricis ur-
bis SERVORVM & ANCILLARVM numero completerentur?

a Sigonius de
 antiquo Iure
 lib. 2. cap. 14.
 b Institution.
 lib. 1. Tit. 6.
 & 7.
 c Val. Max.
 lib. 4 cap. 3.
 Athenaeus lib.
 d Strabo lib.
 14. apud quē
 numerus
 genitivus
 in em-
 porio Deliaco
 expositorū, ad
 paradoxon vi-
 detur accede-
 re.
 e lib. 8, ep. 16.
 Seneca epist:
 47.
 hanc etiam parum utilia, ut Myrmecidis Quadriga, &
 Formicæ nescio cuius Callicratis, nonne suos amatores inueni-
 erunt? Me autem addictum ex vita in instituto studijs sacris, non
 usquequaq; dedecepit hec pertractare. Ex his enim copijs,
 quot cælo recepti liberalem animum gestarunt in seruili corpo-
 re? Refertis sunt prædicandis horum nominibus sacri Fasti, in
 quibus

quibus tyrannicalcati, cupiditatum lenocinia despecta, vitio-
 rum illecebræ insuper habita, opum ingestarum contemptus in-
 signis, speciosis & veris elogijs immortalitati commendantur.
 Nimirum in his Apostolicae voces, celebres illæ & decantatae,
 mirum in modum enituerunt; & $\gamma\alpha\delta\epsilon\tau\omega\pi\lambda\eta\psi\alpha\omega\delta\eta$ a D. Paulus:
 $\tau\omega\delta\eta\omega$. Quid? quod CHRISTVS dominus sermones suos serui-
 libus ministerijs impleuit? ut videlicet ad despectum nostri nos
 informaret, ut obsequium diceret, ut ostenderet è re nostra es-
 se, id demum velle, id nolle, non quod liberet, sed quod expedi-
 ret. Horum ego omnium tenuem descriptionem scriptis hisce
 meis complexus sum, non ut gloriolam aliquam auçuparer, sed
 ut pleriq; mihi sparsim adnotata, in unum veluti corpus redi-
 gerem, tironibus nostris (si non veteranis) usui aliquando fu-
 tura. Et verò mihi satis superq; erit functum esse indicis par-
 titibus, & alicui monstrasse feracem olim agrum, nunc verò ces-
 santem, qui impensam coloni laboremq; magno posset fætu re-
 munerari. Hanc etenim Ilotarum nostrorum Spartam, quis-
 quis è prima philologorum nobilitate non aspernatus fuerit,
 na ille operam non ludet. tum quia Latina lingua & nobilissi-
 mis scriptoribus afferet lucis non parum; tum quia excitabit a-
 lios ad huiusmodi laudata conscriptionis genus persequendum,
 quo mores & instituta veterum magno cum fructu, nec minore
 cum temporis compendio in conspectu habemus. Desinere hic
 est animus, neq; diutius tuam mi Lector patientiam in hoc ve-
 stibulo fatigare. At percurre queso hac pauca, & quidem ex-
 cepta è Phæbi cortina. Quidquid ego in hunc meum commen-
 tarium retuli, illud omne annotatum, dispositum, explicatum
 mea opera est. Euolsti mihi sunt boni scriptores non pauci, &
 plures fortasse, quām rationes occij mei patiebantur. Inspicere
 omnes neq; potui, neq; sane volui: tantum abest ut me adeò

lynceum prestare ausim, ut peruiderim omnia Quid tum? inquies. hoc unum, quod volo nescius nescis, me non ideo compilasse scrinia aliorum, quod alij alibi hac & his similia notauerint. Quid enim? num furti aut plagi damnabimus illam apem, qua in prato patente, florem hodie insederit, libatum heri & nudiustertius uni aut alteri comitum suarum? Num ideo pagani minacibus edictis arcendi sunt ab aquatione, quod maiores eorum, iam inde ab extructo pago, de unico & perenni fonte hauserint? Non opinor. At quod his ulro damus, demus & nobis non inuiti. Communem & nos (ut est in vetere paræmia) Mercurium habemus. eosdem auctores voluntamus. ex ysdem seligimus, & colligimus singuli. nouos & adulterinos mihi conflare aut crudere consilium non fuit, & virgula diuina ad manum haud erat, qua defosso & latentes erueret. edere autem, qua acumen fugerint hactenus criticorum nostrorum, paucis admodum contingit, in tanta præsertim eruditorum hominum copia, qua hoc nostro aeo facit, ut nihil semel dicatur, quod non prius, ter & amplius dictum sit. Hæc, neque admodum multa, Lector habebus, que proponas illis, qui ut pudent sapere, cælum vituperant. Tu bene vale, & conati nostro faue.

LAVREN.

L A V R E N T I I P I G N O R I I P A T. D E S E R V I S C O M M E N T A R I V S.



E tu si ssum SERVITII nomen esse, & à Noe usque temporibus deductum, sacra

a Gen. 9.
Aug. de Cini.
Dei Lib. 12.
cap. 5.
b Lib. 4.

Biblia^a testantur: maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Expressit au-

tem eleganter^b Alcimus Auitus:

— primum inde repertum

Seruitij nomen: cuncti nam semine ab uno

Prodymus, patremq; omnis sibi vendicat unum

Posteritas: deq; ingenuo mala crimina seruum

Efficiunt —

Et hoc ab ipso Noe totum effluxisse, ut canit Alcimus, argumento est celebris deinceps facta mentio seruorum,

ut in illa^c Abram subitaria copiarum domestica^d Gen. ca. 14

rum recensione, ad fratrem è captiuitate eximendum;

in præscripto^e circumcisionis et impleto ritu, & ^f alibi;

ubi ancillarum, vernarum, emptitorumq; memoria

extat. Ad nomen quod attinet, f SERVI ex eo appellati

sunt à nostris, quod Imperatores captiuos vendere, &

per hoc seruare nec occidere solent. MANCIPIA verò di-

ta sunt, quod ab hostibus manu capiuntur. g Eamdem Epitom. Iur.

A + Etymi

Etyma vim latiore aliquanto verborum ambitu circum
a Epitome iur. ciu. ex edit. Paris. 1599.
 scripsit antiquus nescio quis Iuris studiosus, qui in hostibus captis, & in servitatem redactis scribit esse observatum quod utile erat & benignum. Eos enim seruari & non occidi benignitatis esse, seruire utilitatis, occidi neutrius. Ita sane Latini, alij alia; quæ nos transfilimus, ne Lector in ipso pene limine hæreat. Captiuitas sane nouitium inuentum non fuit. siquidem effluxit ab ipso usque Nemrod. Quæ enim leguntur in Genesi; porro Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus & venator coram Domino; illa interpretatur D.
b Gen. c. 10. c Lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 4. d Lib. 1. Pol. crat. cap. 4.
 Augustinus de oppressione & captiuitate intelligi.
e Lib. 15. in Genes. f Schol. ad Oppian. g Iustinus & Orosius.
 Ioannes Saresberiensis aperte: traditur hic (Nemrod) in tantam elationis erupisse vecordiam, ut non vereretur iura temerare naturæ, cum confortes conditionis & generis, quos ingenuos illa creauerat, hic addiceret seruituti. Non improbat hanc sententiam Perierius, quam etiam tutatur f Conr. Rittershusius. Ethoc profecto non dedecebat idolatriæ repertorem, & Politicorum patrem. Alij autem Nino attribuunt, qui primus intulit bella finitimes, ut facile fuerit Semiramidi eius uxori metalla primum inuenire, & captiuis eorum tractationem mandare, ut scribit Suidas. Dupli autem iure aliquis seruus siebat; & ciuali, quando maior viginti annis precij participandi causa se venire patiebatur; gentium, quando ab hostibus quis capiebatur, aut ex ancilla nascebatur. Dominatio enim ex gentium iure introducta est, inquit iurisconsultus, quod & Luqatio Placido vi sum est ad illa Statij:

Netrifles Dominos, orbamq; inimicare uisam
 Eurydicens —

Naturâ

Naturâ enim seruum esse quempiam, & paucis visum est omnino. Iuris ciuilis capita ampliavit maximus Imperator ^a Constantinus, qui sanciuit, Libertos homines ingratos recidere in Seruitutem, quam euasissent; ^b Claudiūm imitatus. quod & ^c Nerone imperante agitatum est. Imo & in patriam ingrati qui olim militiam detestabant, ad dilectum non respondentes, ut proditores Libertatis, in Seruitutem redigebantur. Et horum au^diorum alia quidem (ut vidimus) culpæ & noxæ imputanda sunt, alia egestati & pietati. Constituit enim idem ^e Constantinus, licere patribus, filios in opia cau^fsa distrahere; iure nimirum antiquissimæ à Romulo inuestæ patriæ potestatis, cuius meminerunt & Dionysius ^{g lib. 1.} Halicarnassæus, ^h Cicero, ⁱ Dion Chrysostomus, & alij. ^{b lib. 1. de Oratore.} ^j Oratione 15. ^k eadem L. 15. ^l L. unic. c. ^m apud Bithyn. ⁿ Plin. lib. 10. ep. 71. ^o Marcellinus ^p Nouell. 11 Valen.

Hi tamen precium aut vicarium offerendo, & vindicabantur in Libertatem; quam compensationem susulit ^z Valentinianus Imperator, quod seruitum (diceret) ingenni, etiam minimi temporis spatio, remunerationi precij facere satis. Et idem ius videtur fuisse obseruatum in expositis liberis, quos Φερτούς appellabant. ^z Eorum enim Libertatis maximam habendam rationē respondit Imperator ^x Traianus. At cum anno ^y Domini CDLVI fames uniuersam Europam vexaret, Italici homines filios & parentes vendiderunt, quos ^z Placidius Valentinianus redimi præcepit sub quintæ adiotione. Quibus tamen optimorum Imperatorum sanctionibus malæ huic mercaturæ obuiam penitus itum non est, cum in ^z Lucanis, conuentu Leucotheæ, ^q Caffiodorus natali D. Cypriani, à parentibus liberi passim distraherentur. SERVITVTIS autem conditio iniquior fuit, B quam

quam ratio humanitatis seruo & domino communis exigeret. *Est autem infima conditio & fortuna seruorum inquit.* Cicero caput enim seruile ait. *Paulus, nullum ius habet, caret nomine, censu, tribu.* Fabius maior de addicto, cuius manumissio erat controuersa; ante omnia Seruus hic habet nomen, est in censu, est in tribu; quoram nihil ut opinor deprehendi in seruo potest. A militia præterea d' arcebantur, & quidem proposita capitali poenâ. Marcianus, ab omni militia servi prohibentur: alioqui capite puniuntur. Traianus Imperator de seruis inter tyrones reperi-
d' Servius lib. 9. den.
e L. 11. dere milit.
f apud Plin. Ep. 39. lib. 10.
g Linnae lib. 22.
h lib. 8. ep. 10.
L. 40. de Iur. Dots.
k L. 48. infi. de peculio.
l L. 14. de ritu nupt. ibid.
quasi nuper quasi socrus.
m L. 11. ad I. Aquill.
g Ep. 47.

tit: lecti si sunt, inquisitor peccauit, si vicarij dati, penes eos culpa est qui dederunt, si ipsi, cum haberent conditionis sua conscientiam, venerunt, animaduertendum in illos erit. Et hoc adeo receptum fuit, ut cum ex inopia liberorum capitum, Imperatores ad ultimum prope desperatae Republicæ auxilium adigerentur, tunc non legerent in militiam seruos, nisi liberos factos. Nunc ex his quæ diximus, intelligi dabitur quid sibi vellet Plinius, cum se confessum scribit infirmitatibus & mortibus suorum, illud solatij habere, quod permitteret seruis quoque quasi b' testamenta facere, eaque ut legitima custodiret. Quasi testamenta appellat ea, quæ Ius ciuile testamenta esse nolebat. Qua ratione Vlpianus seruam seruo quasi dotem dare scripsit; Paulus peculium serui quasi patrimonium; serui contubernalem, vernæ filij ' quasi nouercam appellavit. DOMINIVM verò in ipsos tum summi iuris, tum summæ iniuriæ erat. Pecudum enim potius, quam hominum numero censebantur. Caius: ut igitur apparet seruis nostris ex æquat quadrupedes, quæ pecudum numero sunt. Seneca; alia interim crudelia, & in-

humana

humana prætero, quod nec tamquam hominibus quidem, sed tamquam iumentis abutimur. Et, nolo in ingentem me locum immittere, & de usu seruorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, & contumeliosissimi sumus. Ideo rectè exceptit Cicero: seruus est nemo (qui modo tolerabili conditione sit a. Casili. seruitutis.) fuerunt enim qui intolerandâ erant conditio-
e ne, etiamsi ad Legis Alia Sentiæ capita Cicero minime respexisset. Cibum enim adurere, mensam euerte-
b re, dicto tardius audientem fuisse, cruce, aut flagellis ad minus expiabantur. dixisses, omnes penitus dominos
c professos fuisse Stoicam sectam, adeò illis altè insederat, omnia seruorum peccata æqualia esse. Quo factum est,
d ut serui nuper empti non quærerent, an superstitionem vel inuidum, sed an iracundum herum nacti essent. Seneca: quid est, quare ego serui mei hilarius responsum, & con-
e tumaciorem vultum, & non peruenientem usq; ad me murmu-
f rationem, flagellis & compedibus expiem? Petrus Chryso-
g logus suauissimus & eruditissimus Tractator, verissimo epiphonemate sententiam concludit: Quidquid domi-
h nus indebet, iracundè, libens, nolens, oblitus, cogitans, sci-
i ens, nescius, circa seruum fecerit, iudicium, iustitia, lex est.
j imperantis ira subdito ius est, & ad libitum domini vocem non
k habet conditio seruitutis. Et has seruiles delicias tangit e-
leganter Geta. Terentianus:
l — herus si redierit,

Molendum usq; in pistriño, vapulandū, habenda cōpedes,
m Opus ruri faciundum — ubi hæc Donatus: facetè enumerat seruus uniuersa supplicia sua conditionis, excepta cruce & furca, quarum pœnam verbis extenuare non potuit. Et ex horum suppliciorum fre-

B 2 quentia

e Phorm. 12.
ii. Sc. 1.

quentia honoraria illa manarunt seruorum epitheta, Furciferi, Mastigiae, Flagrionis, Verberonis & Crucarij. Ab hoc eodem capite est Domitij ^a Vlpiani sententia, licere seruis naturaliter in suum corpus seuire. Quam bonus censor, iustitiaque sacerdos, ad liberos etiam homines translulit ^b aliquando: ut hic obiter animaduertere liceat, quantopere ius humanum diuini iuris lumine destitutum, cœcutiret. discussit sane aliquoties natura caliginem hanc; ita ut ^c Paulus viderit, difficile dignosci posse liberum hominem à seruo: at hoc non diu mansit, siquidem plerique ita sentiebant, ut illa apud ^d Iuuenalem garrit:

O demens, ita seruus homo est! —

Quod ne quis Satyricè dictum putet, audiat L. ^e Florū: enim uero seruile armorum dedecus feras. nam & ipsi per fortunam in omnia obnoxij, tamen quasi secundum hominum genus sunt. Quæ si apud politos & humanitatem professos obtinuerunt, quid mirum à rudioribus fuisse recepta? Leges ^f Ripuariorum: quod si seruus seruum, ictu uno vel duobus seu tribus percuss erit, nihil est, sed tamen propter pacis studium tremissim, id est, quattuor denarios componat. Non igitur mirandum est, si & Vlpianus seruitutem morti ad similauerit. Eto lim quidem potestas dominica necem ipsam seruorum complectebatur. ^g Caius: nam apud omnes perquam gentes animaduertere possumus, dominis in seruos vite necisq; potestatem fuisse. Et profecto, sanguinarium hoc ius notauerunt apud Germanos ⁱ Tacitus, apud Persas & Ammianus. Ethuius sane iuris illa fuit vis, ut ^j Hadrianus Imperator seruos à dominis veterit occidi, eosq; iussit damnari per Iudices. si digni essent:

Quod

^a L. 10. depe-
cul.

^b l. 11. de his
qui not. inf.

^c L. 5. de cōtr.
empi.

d Sat. 6.

^e lib. 3. Histor.
cap. 20.

f Tit. 23.

^g L. 18. de cōd.
& dom.

^h L. 1. de his
qui sui, vel a-
lie sunt iur.

ⁱ Demor. Ger.
lib. 23.

^j Spartianus.

Quod & ^a Antonino Pio Hadriani successori placuit. ^a L. 1. & 2. de his qui sui Gel alie sunt iur. Constantinus autem, sub cuius humano imperio immanitatem olim exuit orbis Romanus, rescripsit, reum homicidij fore, qui seruum, barbarorum sauitiam imitatus, in ipsis a degerit cruciatibus vitam relinquere. Egregiè quidem Constantinus. At neque ideò domini ius sibi suum eripi passi sunt. ^c Saluianus: homicidia quoq; in seruis rara ^{c de Gubern.} lib. 4. sunt, terrore ac metu mortis. in diuitibus aſidua, ſpe ac fiducia impunitatis, niſi forte iniqui ſamus, hoc quod diuites faciunt ad peccatum referendo: quia illi cum occidunt seruulos ſuos, ius putant eſſe, non crimen. Lenioribus autem animaduersi- onibus frequenter domini utebantur. ^d Iuuenalis, ^{d Sat. 6.}

— hic frangit ferulas, rubet ille flagello,

Hic ſcuticā — Baltea verò, quæ vocat ^{* Sat. 9.}

* Iuuenalis, Lora interpretatur Scholiastes antiquus. Quam utique operam nauaffe conseruos argumento sunt ^e LORARIJ, qui apud Plautum catenas & vincula in- iiciunt vinciendis. Imò & conserui apud Apuleium, ^f Myrmecen vinciunt; & Sollicitudo Tristitiesque Ve- neris ancillæ, Psychen misellam flagellis affligunt, & cæteris tormentis excruciant. Et quidem flagella in peculio seruorum erant. Imò & ad Libertos pertine- bant aliquando, iniurio tamen iure. ^h Vlpianus: nam ^b L. 10. de in interdum etiam ex causa famosa, ut Pedius putat, permittere ius Soc. & L. debet patronum in ius vocari à Liberto, si eum grauiſſimā iniuria afficit, vel flagellis forte cœcidit. Neque verò mitiores fuerunt in seruos magistratus quam domini. ⁱ Hermo- genianus: & serui quidem flagellis cæsi dominis restituuntur, ^j L. alt. de in- iuri. & fam. lib. lib. 2. Met. lib. 6. Met.

liberi verò, humilioris quidem loci, fustibus subiiciuntur: cate-

ri autem vel exilio temporali, vel interdictione certæ coer-

A 3 centuro.

^aBartez.

centur. Recensuit autem Aristophanes catalogum servilium aliquot tormentorum. Extensionem videlicet in tabula, suspensionem, scuticam e pelle bistris, verbera, torturam, aceti in nares infusionem, & laterum impositionem. ubi notat Scholia, Liberos porri & gythij caule cædi consueuisse. huius verò loci indicium debeo VINCENTIO CONTARENO, qui splendorem humaniorum litterarum, quas profitetur publicè, humanissimis moribus pene obruit. Huic eidem dominicæ licentia adscribamus necesse est enarrationem illam Donati Græmatici ad Terentianam parœmiam

— at enim in me isthac cuditur faba.

quosdam videlicet consueuisse, male coctam fabam, & quæ non maduerit, supra caput coqui saxo comminuere. Item supplicium cœllici, quem dominus melle perlitum, formicis cruciandum obiecit. Ab huiusmodi sœuis & sanguinarijs hominibus, qui^d fame, verberibus, & acerbo dominatu familiam suam vexarent, ne oblata recipiat Episcopus, serio admonet Clemens Constitutionum Apostolica-

rum lib. 4. Quod utique monitum pernecessarium tunc temporis visum est, cum domini non raro adeo asperi & immites inuenirentur, ut macelli specie (utar

^eCapitolini verbis) domus eorum cruentarentur sanguine vernularum. Nota est immanitas^f Vedij Pollionis, quam Augustus festiuo talione contudit. Verè demum glu-

uenalis: — hic frangit ferulas, rubet ille flagello,

Hic scutica. sunt quæ tortoribus annua præstant. Verberat atq; obiter faciem linit; audit amicas, Aut latum pictæ vestis considerat aurum; Et cedit: longi relegit transuersa diurni;

^bEunucho.^cAppul. lib.
^dMet.^dex hoc capite
gulam & fur-
ta seruorū ex-
eius salvia-
num lib. 4.^eMacrino.
^fLib. 3. de ira
cap. 40. Sene-
ca. Idem de
clem. cap. 18.
^gSatyræ 6.

Eccæ-

Et cedit, donec laſsi cedentibus, exi
Intonet horrendum, iam cognitione peracta:
Prefectura domus Sicula non mitior aula.

Et huius carnificinæ scenam repræsentat nobis non obscurè ^aGalenus, apud quem legimus, famulos sum calcibus appetitos, tum graphijs compunctos: eisdem confractos dentes, oculos stylo & calamo erutos; eosdem gladio percussos, bancillas mortuæ dominarum cruentas. Imò quidquid tætrum, fæcum, horribile in Christianos olim excogitatum & exercitum est, illud omne (ut ego quidem cœlio) à seruis ad illos transfuit. Idem enim ^cGalenus a libi scribit, dominos fugitiuorum crura adurere, cedere, lacrare: furum manus: edacium ventrem; garrulorum linguam torquere consueisse. Iam verò colaphi & alapæ præ his fuerunt nugæ meræ. Quæ tamen & ad nostros martyres pertinuerunt. Et hæc inclemencia in FVGITIVOS præsertim eminuit, quos per amicos, vel per fugitiuarios conquisitos, stigmatibus notatos, vel trudebant in custodiā publicam ad tempus, vel in pistrinum, vel interficiebant. ^dCicero: cum eum fugituum pœna esse ex ^dlib. 1. Epif. ad Q. Fr.

Aesopi litteris cognosset, hominem comprehendit, & in custodiā Ephesi tradidit; sed in publicam vel in pistrinum, non satis ex litteris eius intelligere potuimus. De FVGITIVARIIS ^eFlorus præter alios; itaq; qui per Fugitiuarios retrahi debuissent, Praetorios duces profugos prælio, ipsi sequebantur. Pistrini elegans descriptio legitur apud ^fAppuleium: ibi ^{elb. 3. Histor.} ^gMetæ complurimi iumentorum multiū circuitus intorquebant molas ambage varia; nec die tantum, verum perpeti etiam nocte, prorsus instabili machinarum vertigine lucubrabant peruigilēm farinam. At quales pistrini habitatores? pergit idem

^ade dignosc.
cur. an. morb.
cap. 4.^bcap. 8.^cLib. 6. de
Decr. Hipp.
& Plat.^dlib. 1. Epif.^eelb. 3. Histor.^fcap. 19.^gMetæ

A 4 audior;

auctor; homunculi vibicibus liuedinis totam cutem depicti, dorsumq[ue] plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quam obiecti; nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem iniecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti. frontes litterati, & capillum semirasi, & pedes annulati. Quod si latitarent fugitiui PRAECONIO illos indagabant. ^{b in fugitiis & amore fu-} « Petronius: intrat stabulum Praco cum seruo publico, aliaq[ue] sanè modica frequentia; facemq[ue] fumosam magis quam lucidam quassans, hac proclamauit. Puer in balneo paulò ante aberrauit, annorum circa sexdecim, crispus, mollis, formosus; nomine Gyton. si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet ^{c lib. 1. Art. Rh. Schol.} nummos mille. ^{d lib. 3. El. 22.} b Lucianus & alij eadem habent. Quidam etiam inquirebant Libello proposito. Curius Fortunatianus; cuius seruus fugerat, Libello proposito, vel per Praeconem nunciens dixit, daturum se ei, qui ad se seruum perduxisset. LIBELLI speciem exprimunt audores proximè citati, & Propertius egregie.

Quas si quis mihi rettulerit donabitur auro.

Quis pro diuitijs ligna retenta velit?

Ipuer, & citus hac aliqua propone columna.

Et dominum Exquitijs scribe habitare tuum.

<sup>e L. 10. de pra-
scr. Ver.</sup> huic pertinent verba e luliani I.Cti. Solent qui nouerant seruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis ubi celeb- ^{f in Demona. Ge.} tur. quares non facit eos fures. solent etiam mercedem huic rei accipere, & sic indicare. Porro Libellus ^{g lib. 18. ca. 2.} ^{g laudatio} Luliano est. At eosque progressa est dominorum saui- ^{populi Romani perueniret.} tia, & proliuis seruorum fuga, donec ad publica sacra die credimus, nondum egressa urbemancipa fugitiua retinere inilio prectionis. (ita enim ibi videtur legendum.)

Hoc

Hoc ut ut verum fuerit, homines tamen Vesta valenti- ^{tis. 1. 15.} ores, non carmina modò, sed & custodias euadebant, quod ut publicè perniciosum, publico etiam iure coer- ^{alibi deser.} citum est. « Vlpianus; Senatus censuit ne fugitiui admit ^{fugit.} tantur in saltus, neue protegantur à villicis vel procuratoribus possessionum, & multam statuit. infra. Senatus consultum Modesto Consule factum, ut fugitiuos inquirere volentibus, litteræ ad magistratus dentur, multâ etiam centum solidorum in magistratus statutâ, si litteris acceptis inquirentes non adiuuent. sed & in eum qui queri apud se prohibuit, eadem pœna statuta est; etiam generali epistola diuorum Marci & Commo- ^{b lib. 10. epistol.} dit, qua declaratur & Praesides & magistratus, & milites statio- <sup>c L. 2. de his
qui sui vel ali.
sunt iur.</sup> varios dominum adiuuare debere. hinc apud Plinium iu- niorem legimus, Appuleium in litem è statione Nico- mediensi de seruo scripsisse, qui ad statuam confugerat. Statua scilicet miseris perfugium erat, tunc enim magi- stratus de querelis ipsorum cognoscebat, & venire eos iubebat, ne in potestatem dominorum reciderent am- <sup>d lib. 67. de adil.
ed.</sup> plius. Ideoque neque fugitiui censebantur qui in asylum aut ad statuam confugiebant. Asylum autem est templum religione & iure sanctum; quod seruitijs eti- ^{e lib. 3. annal.} am pessimis patebat aliquando. Quare Scto. abolita quæpiam asyla sunt, quibusdam modus præscriptus a- ^{f laudatio} pud Cornelium. Tacitum, cui nos alibi lucis aliquid attulimus. Statua quibus ad manum non erat, illis ara non deerat, ut notarunt viri docti ad Tibullum, & eli- citur ex f Cornelio Nepote, fanum Neptuni & Tanari, ^{frausania.} quod violare nefas putant Graci, eo ille index confu- git: in ara consedit. Hæc autem fugæ cognitio, vel Praesidis & Proconsulis in prouincia, vel Praefecti vigi- C lum

^{a L. 2. de ser.} ^{b Lib. 1. sentē.} ^{c lib. 15. de cō.} ^{d L. 1. de off.} ^{e L. 24. de pi-} ^{f Epodō Ode 4} <sup>g Amphitruo-
ne.</sup> ^{h lib. 8. cap. 4.} ^{i lib. 8. cap. 4.} ^{j lib. 8. cap. 4.} ^{k lib. 8. cap. 4.} ^{l lib. 8. cap. 4.} ^{m lib. 8. cap. 4.} ^{n lib. 8. cap. 4.} ^{o lib. 8. cap. 4.} ^{p lib. 8. cap. 4.} ^{q lib. 8. cap. 4.} ^{r lib. 8. cap. 4.} ^{s lib. 8. cap. 4.} ^{t lib. 8. cap. 4.} ^{u lib. 8. cap. 4.} ^{v lib. 8. cap. 4.} ^{w lib. 8. cap. 4.} ^{x lib. 8. cap. 4.} ^{y lib. 8. cap. 4.} ^{z lib. 8. cap. 4.}

lum Romæ fuit. • Labeo : tamdiu autem custodiuntur, quamdiu ad Praefatum vigilum, uel ad Presidentem deducantur, eorumqz nomina & notæ, & cuius se quis esse dicat, ad magistratus deferantur. Quod si à dominis agniti non fuissent, per officium Præfeti vigilum distrahebantur, ut asserit Iulius & Paulus. Neque de fuga tantum Præfatus vigilum cognouit, sed & de furtis seruorum, excepto adulterio in domini uxorem commisso, quod ad notionem Præfeti & urbi spectabat. Et sane Vlpianus, cum seruos pro maleficijs oblatos Præfecturæ scribit, vix de alia quam vigilum Præfectura videtur intellectisse. Animaduertebant autem in seruos & Illviri capitales. Monet Asconius in commentario ad primam, in Verrem, quæ diuinatio dicitur, fures & seruos nequam apud Illviro capitales, apud columnam Mæniam puniri solere. Horatius in Mænam Pompeianum;
Sectus flagellis hic triumuiralibus,
Praconis ad fastidium.
ubi Porphyron animaduertit, poetam speciali elocutione usum pro generali neque enim Illviris tantum, sed & alijs potestatibus ius esse alienos seruos flagellare.
Sosianus apud Plautum stat à Triumuiris,
Quid faciam nunc, si Tresuiri me in carcere compegerint?
Inde cras è promptuaria cella de promar ad flagellum?
Val. Maximus: Fannij seruus Alexander, cum in suspicione C. Fl. equitis Romani occisi venisset, sexies tortus pernecauit ei se culpa affinem fuisse: sed perinde atqz confessus, & à iudicibus damnatus, & à L. Calpurnio Illviro in crucem actus est. Imò & fugitiui ad eos perducebantur ut diximus. Asconius Pædianus: Munatius & Pompeius Tribuni plebis

bis in rostra produxerant IIIvirum capitalem, eumq; interro-
gauerant, an Galatam Milonis serum cades facientem depræ-
hendisset; ille dormientem in taberna pro fugitiuo depreben-
sum, & ad se perductum esse responderat. IIlviri autem non
seruorum & humilium tantum, ut quibusdam placuit,
sed & liberorum nobiliumq; maleficia conquirebat,
carceris custodes erant, animaduersionique intererant,
ut ex ^{a Lib. 4. de L.} Varrone & ^{b L.} Pomponio didicimus. Liuius au-
tem & Gellius disertè. ^c ille; fugientes Bacchanalium
conscios à IIlviris in carcerem coniectos fuisse scribit;
hic: Nævium, ob assiduam maledicentiam & probra ^{d Lib. 3 cap. 3.}
in principes ciuitatis, de Græcorum poetarum more
dicta, in vincula Romæ à IIlviris coniectum esse. Ser-
uos retractos à fuga STIGMATIBVS notabant. ^{e Epigr. 152} Ausonius;
civis Pergame non recte punitus, fronte subisti
Supplicium, lente quo meruere manus.
At tu, qui dominus, peccantia membra coerces:
Iniustum falsos excruciare reos.
Aut inscribe istam, qua non vult scribere dextram,
Aut profugos ferri pondere nocte pedes.
^f Columella Lepidum circumscribens, cecinit; ^{flib. 10.}
Ponitur & lactis gustum que condiat herba,
Deieictura quidem fronti data signa fugarum,
Vimq; suam idcirco profitetur nomine Graio.
& Iuuenalis de Xerxe:
Ille tamen qualis rediit Salamine relicta,
In Corrum atq; Eurum solitus sauire flagellis
Barbarus, Aeolio numquam hoc in carcere passos.
Ipsum compedibus qui uinxerat Ennosigæum?
Mitius id sanè, quod non & stigmate dignum
Credidit —

^{a lib. 7.}

At credidit si ^a Herodoto credimus. Quod sanè factum indicat antiquitatem stigmatiarum, ut & capitalis ille ^b Tabellarius ab Histio missus ad Aristagoram, & ^c Artemisia trophæum apud Rhodios. Imò & Phocylides præcipit;

Στίγματα μὴ γένους ἐπονεῖσθαι θεράποντα.

& his notis insignes videntur fuisse Pagasæi δέλται, quos Hermippus apud ^d Athenæum recensuit. Et hoc fuit inscribere, ut apud Ausonium vidimus. ^e Claudio, ^f Iurare gunt, facies quamvis inscripta repugnet,

Sed suo prodat titulo —

<sup>d lib. 1. Dei-
philosoph.</sup><sup>e lib. 2. in Eu-
trop.</sup>

Locus inustionis fuit frons, ut monstrat ^f Lucianus, qui fugitiuos nescio quos Philosophos, typo vulpis aut simiæ, censet in ea parte vultus inuri debere. ^g Diphilus quoque nescio quem insectatur, qui comam se alere Deo dicebat, ut capillis promissis obuelaret frontem inustam notis. At quænam hæ notæ? Fuerunt qui stauerent ϕ & F : quod utique nobis non improbatur. Illud inicit scrupulum, quod Petronius narrat, Eumolpum impleuisse frontes Eucolpij & Gytonis ingentibus litteris, quas appellat notum fugitiuorum epigramma. ^h Val. certè Maximus memoria prodidit, seruum Restionis inexpibili litterarum nota, per summam oris contumeliam inustum; ubi vox illa litterarum minus aptè ad unicum ϕ vel F videtur referri posse. ⁱ Martialis & ipse scrupulum non eximit. cum enim nescio quem liberum se, & fortunatum mentientem, carmine insectaretur, Rufum monuit, ut personam fronti detraheret, neque permetteret, ut imponerent sibi manus Sardonychata, Lacerna Lyriæ, toga candida, unguentorum

^{lib. 6. cap. 8.}^{j lib. 2. 29.}

torum fragrantia, & cætera quæ apud ipsum videre est. Latitare enim sub his omnibus seruum, eumque inscriptum, & pro nequitia litteratum. huius porrò frontem numerosis splenijs insignem, ut respiciat hortatur, concluditque,

Ignoras qui sit? splenia tolle, leges.


Splenia profecto numerosa videntur adhibita, ut conterent numerosas inscriptas litteras. quid ergo? num frontem implebant repetita littera F vel ϕ ? Ego quidem nihil habeo quod statuam. Arbitror tamen inscriptionem fugitiuorum fuisse conceptam illis verbis, quæ in eorumdem collaria, & æreas lamellas incisa, Romæ ab hinc triennium vidi. Cum enim ^a Constantinus ^b Th. de panis. Aug. ad normam eius humanitatis, quam profitebatur, vetuisset in facie noxiorum scribi, quod dedecet faciem maculari, quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis esset figurata, non defuerunt lenes domini, qui obsequerentur, & frontis contumeliam in ea quæ diximus transferrent. Collaria enim fuisse aptata fugitiuis, testatur & ^c Lucilius,

Cum Manicis, Catulo, Collariq; ut fugituum

Deportem —

Collare autem vidi Romæ ut dixi apud LÆL. PASCHALINVM cum huiusmodi inscriptione: *TENE ME QVIA FVGI ET REVOCATE DOMINO MEO BONIFATIO LINARIO A^XΩX.* Extat apud eumdem ærea lamella utrumque inscripta:

C 3 TEN



E X

Sunt verò illæ quæ in ipsa aduersa leguntur litteræ non prominentes, sed incisæ, & quidem non ineleganter, at quæ in eadem auersa conspiciuntur, in summa velut cute, cultelli acumine videntur exaratae negligentius. Et ex hoc demum capite famosa erat olim collaris ferrei gestatio, ut notat Metaphrastes in actis SS. martyrum Carpi, Papylī, Agathodori, & Agathonicæ; ut quæ liberos homines dedecet. Vedit & ^aBENEDICTVS AGIVS Romæ olim apud Maffæios laminam æneam, in qua legebatur,


Neq; verò nō poterant tot verba in fronte commode imprimi, cum

^bBaronius in
Not. ad mar-
tyrol. 22. Dec.

^bTheophilus Iconomachus, detestabili solertia, xi versus Theophanis & Theodori fratrum martyrum frontibus inscriperit. Et hæ lamellæ, ut ego quidem sentio, clavis capitatis ad collaria affigebantur, ut indicio suo proderent fugitiuos. Et ut priora illa Christianorum sunt, è nota

X

quæ



quæ CHRISTI nomen indicat, & è mentione Acolyti, & Dominici Clementis (Dominicum enim aedes sacra est) ita posterior hæc inscriptio habet nonnihil, de quo ambigamus. Basilica enim Pauli, & ad Titulum Pauli via Ostiensis (ut nominat Prudentius) potest referri, & ad insignem illam Basilicam quam L. Aemilius Paulus in medio foro extruxit. Ego tamen ad res nostras pertinere arbitror. Quod enim Constantinus damnatos in lumen vel in metallum inscribi vetuerit, id homines nostri mites & innocentes, videntur & in fugitiuis recepisse. At hæc non ut asseramus dicta sint; sed ut disseramus, eruendæ studio veritatis. Porro de uniuersa sanguinatum ratione tractarunt. ^aCAESAR BARONIVS,

Quem nunc emerit & permensum tempora vita,
Secreti pars orbis habet, mundusq; piorum :

^bComment. in
infit. Caia.

& ^bHIERONYMVS ALEANDER meus, Mystra ille Musarum. Neq; his tantum finibus cōclusum fuit suppliciū fugitivorū, dati n. sunt non raro ad pugnā bestiarū. Androclus apud Appionem seu Gellium ita de seipso ait; ad dominum ex Africa Romanum deductus, us me statim rei capitatis damnandum, dandumq; ad bestias curauit. Ab hac impia consuetudine profluxit ^cCaij Imperatoris immanitas, qui multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, aut ad viarum munitiones, aut ad bestias condemnauit. Fugitiui nimirum ad manum non erant, quos feris obijceret, substituit igitur honestiores homines, sed inscriptos prius, ut fronte saltem fugitiuos ementirentur. Præterea fuerunt in lumen coniecti, quod sclemne fuit M. Opelio Macrino Imperatori, quam ob causam illa fluuenalis,

^eCapitolinus.

^fSat. 8.

C 4 — sed

— sed in magna legatum quere popina;
 Inuenies aliquo cum percusso iacentem,
 Permisum nautis & furibus & fugitiis,
 Inter carnifices & fabros Sandapilarum.

ad Gladiatores retulit antiquus Grammaticus. Imò & non fugitiui, atque adeò innocentes, ut de Spartaco & eiusdem socijs tradidit ^a Plutarchus, cui adstipulatur ^b Lactantius; hac consuetudine, inquit, imbuti (efflagitandi homines ad lanienā) humanitatem perdiderunt. itaq; nō parcunt etiam innocentibus; sed exercent in omnes, quod in malorum trucidatione didicerunt. Quæ sanè arbitrij dominici impotentia impulit ^c Hadrianum Aug. ut vetaret, Lanistæ seruum vendi, causā non præstitā. Crux ipsa, ut ad fugitiuos reuertamur, non infrequens his posita fuit. ^d Val. Maximus: quoniam quidem id egerit, ut qui cupiditate vitæ adducti, cruce dignissimi fugitiui, trophea de se statuere concesserant, libertatiq; sua seruili manu flagitiosum imperij iugum ^e non erubuerant, &c. Idem ^f auтор: hos e. & Polyb. lib. nim (Romanos) tamquam patriæ fugitiuos crucibus affixit. I. Histor.

Et hoc dominicum ius non vitam modò, sed & alia omnia seruorum complectebatur. ^f Caius; igitur quod serui nostri ex traditione nanciscuntur, siue quid stipulentur, vel ex qualibet alia causa acquirant, id nobis acquiritur. ipse enim qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. Itaque filios etiam seruos procreabant, inter ipsos enim non matrimonium, sed contubernium erat, ut illi quidem opinabantur. ^g Paulus I. C. idem tamen quod in seruilibus cognationibus constitutum est, etiam in seruilibus affinitatibus seruandum est, veluti ut eam, quæ in contubernio patris fuerit, quasi nouercam, non possim ducere. ^h Plautus;

Sunt

^a in Crato.
^b lib. 6. ca. 20.

^c Spartianus.

^e Loco prox. ci.
num. 12. Vide
e. & Polyb. lib.
I. Histor.

^f L. 10. de acq.
rer. dom.

^g L. 14. de ri-
tu nupt.

^h Casina Pro-
logo.

Sunt hic quos credo nunc intet se dicere,
 Quæsò hercle quid isthuc est? seruiles nuptia?
 Serui ne uxorem ducent? aut poscent sibi?
 Nouom attulerunt, quod sit nusquam gentium.

Et hoc demum iure nititur Diocletiani & Maximiani ^a A. & rescriptum, seruos ob violatum contubernium, adulterij crimine accusare non posse. Si quis autem serui alieni corpus animumue corrupisset, ex edito Prætoris & lege ^b Aquillia pœnam facti dominus exigebat. Non igitur mirum est, si domini seruos pignori dabant, si addicebant, si deferebant in censu. de pignore ^c Pa- pinianus; Seruo pignori dato, peculium eius creditor, citra conventionem specialiter super eo conceptam, frustra distrahit. Seruum autem oppigneratum fiduciarium appellat ^d Julius Paulus. de addictione ^e Martialis:

Addixti seruum nummis here mille ducentis,

Ut bene cœnares Calliodore semel.
 de censu ^f Vlpianus hæc habet; in seruis deferendis obser- fl. 4. de censu.
 uandum est, ut & nationes eorum, & states, & res, & officia,
 & artifacia specialiter deferantur. Plerumque verò homines etiam liberi addicebantur à Prætore creditoribus ex Lege xii. tabularum, cuius verba sunt apud ^g Gellium, & meminit ^h Quintilianus. hi autem licet in vinculis essent, serui tamen non erant. ⁱ Fabius maior contra addictum, qui se testamento manumissum fuisse profitebatur: ante omnia seruus hic habet nomen, est in cen- su, aut in tribu. infra, hunc ex quo genere seruorum ponitis? dominatum esse se non dicit, ne emptum quidem, aut hæreditate relictum, pendet igitur omnis hac conditio ex fænore. quid sequitur? ut nomen sit. Ehi omnes vel pactione, vel

D debiti

^b Lib. 9. D.
Tit. 2. & Lib.
II. Tit. 3.

^c L. 1. de pign.

^d Lib. 2. tit. 13.
e. l. 10. 31.

^g Lib. 20. cap. 1.

^h Lib. 3. cap. 8.

ⁱ Declam. 311.

^{a in Apolog.} gogia oblitâ facie vebuntur, ne Sol ne frigus teneram cùtem le-
dat. ^{b lib. 30.} ^c Tertullianus; cum de Pædagogijs aulicis nescio quē cy-
nādum deum facit. ^d Ammianus Marcellinus de Proco-
pio tyranno; stetit itaq; subtabidus (excitum putares ab in-
feris) nusquam reperto paludamento, tunica auro distincta, ut
regius minister, induitus à calce ad pubem in pædagogiani pueri
speciem, purpureis opertus tegminibus pedes, bastatusq; pur-
pureum iridem pannulum lœua manu gestabat, ut in theatrali
scena simulachrum quoddam insigne, per aulæum vel mimicam
illationem subito putares emersum. Ex his patet, opinor, è
quo genere seruorum Pædagogium constaret. SERVI-
TIVM & SERVITIA familiam uniuersam complexa sunt.
^e Cicero: quid magis deformatum, inquinatum, peruersum,
conturbatum dici potest, quām omne seruitium permisso magi-
stratus liberatum, in alteram scenam immisum? ^f Columel-
la, Villicum fundo, familieq; preponi conuenit, atatis nec pri-
mae, nec ultime; nam seruitia sic tirunculum contemnunt ut se-
nem. At si seruos homines non esse nonnullis (ut vidi-
mus) aliquando placuit; non ideo tamen ablatum eti-
am illis hominis nomen est. ^g HOMO enim absolute ser-
uum expressit. ^h Cato: Villicum, Villicam, operarios V. Bu-
bulcos III. Subulcum I. Asinariū I. Opilionem I. summa ho-
minum XIII. ⁱ Catullus;

— ere comparasti —

Ad Lecticam homines —

aliij passim. Domi autem natos VERNAS appellabant.

^{j apud Cassio-} ^k Adamantius Martyrius: si enim Berna domi genitū signi-
ficerit, id est, īnoyeris. Etab hac voce VERNACVL, quibus
infensus fuit Imperator Vitellius, quo sum. n. ibi sub-
situamus diuinaculos aut veraculos? Signat autē Sue-
tonius

^e de harusp. resp.^d Lib. II.^e Tit. 10.^f Carm. 10.^g apud Cassio-^h Suet. c. 14.

tonius plebeculam Romanam, de cuius dicacitate hæc
habet ^a Tertullianus; ipsos Quirites, ipsam vernaculam ^{a Apolog.}
septem collum plebem conuenio, an alicui Cæsari suoparcat illa
lingua Romana? notauit pridem & ^b Martialis,

^b lib. 10.

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
Et fædalingua probra circulatricis.

& hæc est vernacula multitudo ^c Tacito; que militaribus ^{c lib. I. annal.}
numeris per dilectum inserta, lasciuiae sueta, laborum intole-
rans, seditionem consciuit in castris insignem illam, qua Ger-
manicum Cæsarem, florem illum domus Augustæ, non tralati-
tiè exercuit. Tetigit & Cicero aliquando, ut cum recen-
suit imaginem antiquæ & vernaculae festiuitatis, sapo-
rem & vernaculum, crimen domesticum, ac f vernacu-
lum. Et quidem ^d Felix Romulum, Picum, Tiberinum,
Consum, Pilumnum, Picumnum, eadem ratione Ro-
manorum dixit vernaculos Deos; eadem ^e Petrus Dia-
conus Aetnæ incendium Siciliæ, appellavit vernacu-
lum genus monstri. domesticum videlicet quidpiam
& nativum cupiebant significare. Hinc natum procul
dubio est, ut vernaculos nominarent domesticos ser-
uos. ^f Marcianus Capella: famulitum Veneris, vernacu-
laq; Bromiales, tantos cachinnos concussis admodum tulere sin-
gultibus, ut quamplures alios connisos cohibere risum, hoc ma-
xime in petulantis prorruptionis sonitum, effusiq; cachinni li-
centiam prouocurint. ^g Appuleius; quām saluè agit (in-
quit) Demeas noster? quid uxor? quid liberi? quid vernacu-
lus? ^h Paulus Diaconus; Didymus & Viridianus acceptis
proprijs seruulis & vernaculis &c. Sacra ⁱ Genesis inter-
pres, & acta Synodi Rhemensis. Et sanè aliquando &
ipsa Vernæ vox latiore aliquanto quām diximus, noti-

^{d lib. 9. ad fa-}^{mst.}^{e de clar. orat.}^{f V. in Verre.}^{g in Octauio.}^{h lib. 4. Hispo.}^{musc.}^{i lib. 8.}^{k lib. I. meta-}^{mor.}^{l lib. 13 de gest.}^{Rom.}^{m Cap. 14. &}^{15.}

one accepta est. "Martialis:

25.0.294

*Non de plebe domus, nec auaræ vernæ catastæ,
Sed dominis sancto dignus amore puer.*

Vbi notandum est, Manciparios, Mangones, Venalit-
arios, Catastis asseruasse pueros venales. Idē ^bMartialis;
b Lib. 9. epigr. co. Sed quas arcane seruant tabulata Cataste.

Sed quos arcanae seruant tabulata Catastæ,

Et quos non populus, nec me turbavit.

^{c lib. 35. ca. 17} ^c Plinius : *talem in Catasta videre Chrysogonium Sylla.* ^d Sue-
d de illustr. tonius ; *Laberius Hiera emptus de Catasta.* Eorumdem
Gramm. venalium nota erant gypsati pedes. ^e Tibullus ;

*Notaloquor regnum ipsenit, quem sapè coegit
Barbara gypsatos ferre Catasta pedes.*

Barbara gypsatos ferre Catastapedes.

Galloni de f Ouidius: Nec tu, si quis erit capit is mercede redemptus,
eruciat. SS. Despice gypsati crimen inane pedis.

Despice gypsati crimen inane pedu

^{mart. cap. 3.} ^{El. 8.} Plinius de creta disertis verbis; *Iidem Mangones* (& erit
Baron. in not. ad martyrol. loco appendicis) seruos nouitios apud Publicanos profite-
^{16. Martis. Pa-} bantur. ^b Marcianus; quoties quis mancipia inuecta profes-
meism ad Cy-
priani epist. 33. sus non fuerit, siue vcnalia siue usualia, pœna commissi est: si
f. lib. 1. Amor.
tamen nouitia mancipia fuerint, non etiam veterana. ^{Fab.}

g lib. 35 cap.
antepenult.
b L. 16. de
Publ & Vett.
i Declam. 340
k cap. 47.
L. 35. de a-
dit. ed.

major de Mangone, qui nouitium puerum praetexta in-
duit; circumscribere vestigalia P. Romani voluisti: specie pra-
textati imponere Publicano voluisti. Nouitia vero manci-
pia ideo vestigalia erant, quia à venalitiarijs pluris
quam veterana vendebantur. Suetonius de Cæsare,
seruitia recentiora politioraq; immenso precio, & cuius ipsum
etiam puderet, sic ut rationibus vetaret inferri. Ulpianus:
precipiunt Aediles, ne veterator pro nonitio veneat. Et hoc
edictum fallacij venditorum occurrit. ubique enim cu-
rant Aediles, ne emptores à venditoribus circumue-
niantur. ut ecce plerique solent mancipia, qua nouitia

non sunt, quasi nouitia distrahere, ad hoc scilicet ut plurim vendant. Quod autem tangit Vlpianus de cura Aedilium, id vero confirmat Gellius dum scribit, venali tiarijs edito Aedilium præceptum fuisse, ut propone rent titulum seruorum singulorum, in quo morbi, viti aue eorum continerentur: an errores, an fugitiui, noxaue non soluti essent. Veterator autem ille est ex

b Venuleio, qui ex venalitio nouitiorum emptus, alicui ministerio præpositus sit. nouitium autem non tyroci-

nio animi, sed conditione seruitutis intelligi: nec ad rem pertinere Latinè sciat nec ne, nec ob id veteratorē cum esse, si liberalibus studijs eruditus sit. At Marcia-

nus contrahit hæc in fauorem Publicanorum; Sant (inquit) veterana, que anno continuo in urbe seruierunt: noui-

tia autem mancipia intelliguntur, quæ anno nondum seruirent. Fallacias & præstigias venditorum, quarum me-

⁴ minit Vlpianus, indicabit nobis unico argumento
Plinius, cum recenseat, non semel artes mancipario-

rum, qui auertebant puberitatem venalium. Ad quam turpitudinem præterea institutæ fuerunt in urbibus officinæ ubi molles nice obliti à vulsoribus, depiles &

officinæ, ubi molles pice oblitæ vulturibus, depiles & glabri siebant. Nec aliò pertinebant in Commodiana suppelle Ætilis Samnitica vasa, calefaciendæ, seu tabe-

faciendæ resinæ ac pici. Neque malè omnino Aelius, qui Tarentinos notat & Tyrrhenos ex viris studi-ⁱⁿ_{te}

isse ut mulieres facerent. Primi quippe Tarentini cū
tem corporis lāuigarunt, ut apud Athenæum traditur.

Clearchus. Emptores vero morbos & vitia mancipiorum sedulè explorabant. Appuleius: cum incensus Gantes lapis (ut crud Phisicos lego) pulcrè & facile hunc

gates lapis (ut apud Physicos lego) pulcre & facile hunc
D 4 mor-

D 4 Mar -

morbum (comitialem) exploreat, cuius odore etiam in venalitatis vulgo sanitatem aut morbum venarium experiantur. etiam orbis à figulo circumactus, non difficile eiusdem valetudinis a Lib. i. in Eu- hominem vertigine sui corripit. a Claudio, — quot iura, quot ille trop.

Mutauit tabulas, vel quanta vocabula vertit?

Nudatus quoties, Medicum dum consulit emptor?

b L. i. aduers. D. Hieronymus ex Theophrasto: Equus, Asinus, Bos, Iouianus: Canis, & vilissima mancipia, vestes quoq; & lebetes, sedile lignum, calix & urceolus fictilis probantur prius, & sic emuntur. Neque his tantum experimentis venditorum fraudes cohibitæ sunt; sed & cautionibus de sanitate seruorum interpositis, quas excogitauit fortasse Manilius (sive ille Mamilius) cuius leges venarium venditorum tetigit d Cicero, quarumq; apud e Varronem videtur extare vestigium. Hæ tamen ab illis non videntur receptæ, qui ad f Castoris negotiabantur, nequam mancipia ementibus vendentibusque, quorum tabernæ pessimum seruorum turba erant referitæ. Cæterum quisquis specimen venditionis mancipiorum intueri volet, is legat g Lucianum, apud quem præconia quæ venditor non tenebatur præstare, exprimuntur; emptoris nomen & patria in tabulas referuntur, cum solemini illa præfatione, ΑΓΑΘΗ ΤΙΧΗ, quæ respondet illi alteri apud nos ros quæ *B. & F. notabatur. Atqui (ut eō reuertamur unde sumus digressi) Libellos domi natos h Martialis vernulas vocat, qua eadem voce non semel utitur; Petrus Chrysologus, eruditissimus & suauissimus tractator, laxiore tamen significatione: erat homo peccati seruus; erat captius mortis: erat mancipium damnum:

g in vitarum auctione,

* BONUM FACTVM.

h libro 5, Sermone 6.

num: erat idolorum vernula: erat vitiorum verbero: erat criminum compeditus. Idem: in homine agebat Deum, in seruo dominum; ut esset vernula temporis, qui erat & factor, & cognitor saeculorum. Ipsi autem serui hac sibi videntur vernæ appellatione blanditi. Romæ legebatur, Serm. 165.

FVSCVS. AVGG.

NOSTRORVM

VERNA

VILICVS

TVTELAE

VOTVM

REDDIDIT

Ibidem:

LVCIDAE. AVG. VERNAE

MARITAE. INCOMPARABILI

Ibidem in veteri monumento post alia legitur. LEONAS

AVGG. VERNALIS. scilicet occinere illis licebat, ut Lib. II. Syllo. apud b Statum est;

Hinc domus, hinc ortus, dominiq; penatibus olim

Carus uterq; parens —

Alioqui vernilitas malè audiuit. vernæ enim nomine scurraram accepit c Martialis, Lib. 1, 38.

Urbanus tibi Cæcili videris;

Non es, crede mihi. quid ergo & vernæ es.

Et verniliter dicere quidpiam, adulatoriè dicere est; quod vernæ adulari consueissent & scurrari. alludit d Horatius;

Ergo ubi purpurea porrectum in ueste locauit
Agrestem, veluti succinellus cursitat hospes,
Continuatq; dapes; nec non verniliter ipsis

E Fungitur

Fungitur officijs, prælambens omne quod affert.

Reliquum est postremum cultioris & iunioris familiæ nomen; COMATORVM vt delicit, CRINITORVM, seu CAPIL-

^{a Lib. 12. 71.} LATORVM. ^a Martialis;

O quantum Diatheca valent, & quinque comati!

Tunc cum pauper erat, non sitiebat Aper.

^{b lib. 1. Aen. 6} Virgilius: — cithara crinitus Iopas

^{c epift. 119.} Personat aurata, — ubi Seruius; aut puerum intellige, aut imitabatur Apollinis formam, cuius fuerat etiam artis imitator. ^a Seneca; nam si pertinere ad te iudicas, quam

crinitus puer, quam per lucidum tibi poculum porrigat, non sis-^{tis.} παῦδες κούνιται appellat Lucianus. ^a Claudianus,

<sup>d de bello Gil-
don.</sup> Crinitos interfamulos, pubemq; canoram,

Orbatas iubet ire nurus —

Cultioris familiæ dixi, quoniam apud diuites & fortunatos tantum spectabantur hæ deliciæ. ^a Iuuenalis de

cœna pauperis; ^e Petronius de

Plebeios calices, & paucis asibus emptos,

Porriget incultus puer atq; à frigore tutus;

Non Phryx aut Lycius, non à mangone petitus

^f enīmo Quisquam erit in magno, cum posces posce Latine,

Idem habitus cunctis, tonsi rectiq; capilli,

Atq; hodie tantum propter coniuvia pexi.

ubivetus interpres illa verba, tonsi rectique, explicat, non comati. Dixi iunioris familiæ nomen, quia vel ex

voto crinem quem Deo pascebant tondere consueue-

^{f Lib. 1. & 9.} rant, vel in ipso virilitatis aduentu, ut indicant ^f Marti-

^{g de Syria Dea} alis, & Lucianus & ^b Censorinus. Addamus & nouæ nu-

^{b de die Nata-}

^{i lib. 12. 72.} ptæ imperium, & manum non regiam sed tonsoriam in

huiusmodi capillatos. ^a Martialis:

Flam-

Flammea texuntur sponsæ, iam virgo parata est.

Tondebat pueros iam noua nupta tuos.

Verum quoniam apud ICtos nostros, nec non & apud

alios quosdam autores, obseruauimus, communes ali-

quot, & quidem non infrequentes, seruorum appellati-

ones; ideo & has illis subiungemus. Sunt autem, VSU-

arij, Fructuarij, Vicarij, Vicariorum vicarij, Peculiares,

Communes, Dotales, Receptivi, Hereditarij, Castrenes,

Ordinarij, Peculiati, Vulgares & Publici. De PVB-

LICIS notandum est, publico ære fuisse emptos, pleris-

que magistratibus & apparuisse, viatorum & lictorum

fuisse functos officio, quandoque etiam ^a Scribarum.

Harum aliqui voce valde apta, sed penè obsoleta, LI-

MOCINCTI appellati sunt, ut legimus in antiqua ærea ta-

bula, apud CAESAREM NICHE SOLAM patricium & Cano-

nicum Veronensem, qui nuper defunctus, nobis triste

sui desiderium reliquit;

HONORI

M. GAVI. M. F

POB. SQVILLIANI

BQ. PVB. IIII. VIR. I. D

III. VIR AP VB

CVRATORI VICETINOR

APPARITORES ET

LIMOCINCTI

TRIBVNALIS EIVS

^e Tiro Tullius M. Libertus: Lictore uel à limo uel à licio dictū ^e Celiu lib.

scripsit, Licio enim transuerso, quod limum appellatur, qui ^f 12. cap. 2.

magistratibus (inquit) preministrabant cincti erant. ^f 13. lib. 15 cap. 4

dorū; hinc & limus vocabulum accepit, cingulum quo serui

E 2 publici

^{a lib. 19. orig.} publici cingebantur, obliqua purpura. Idem: ^b Limus est vestis, quæ ab umbilico usq; ad pedes productur, hac autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosa, unde ^{c lib. 19. cap. 33} & nomen accepit. nam limum obliquum dicimus. & alibi; ^d Limus est cinctus, quem publici habent serui; & dictus Limus, qui transuersas habet purpas, id est limas. Hi autem serui publici pro quolibet ciuium stipulabantur, pecuniam ^{e L. I. de ma-} publicam à debitoribus exigebant, custodias adser-^{f L. 19. de cō-} pabant. Sacra curasse argumento est factum ^{g iſtr. conuen.} f Poti-^{op. 30.} tiorum, qui seruos publicos sacra Herculis docue-^{f Linius. Val.} runt, cuiusmodi videntur fuisse & Martiales, ^{Max. & alij.} Larinates ^{g Cicero pro} ministri publici, Marti deo sacri; nec non & Calatores, ^{Chuentio.} qui apud Festum leguntur, si Scaligerum audimus, Eorum fuit aliquis in triumpho usus. ^{b Sat. 10.} b Iuuinalis;

— magnaq; corona
Tantum orbem, quanto ceruix non sufficit illa?

Quippe tenet sudans hanc publicus, & sibi consul

Ne placeat, curru seruus portatur eodem.

^{h L. II. de seru.} & hæc sunt (ni fallor) quæ Labeo vocat publica mini-^{iug.} steria. An verò eadem ratio sit Publici, qui apud ^{k LL. Longo-} gobardos legitur, aliorum esto iudicium. Luitprandus ^{l L. 1. Longo-} Rex; insuper & Publicus in quo loco factum fuerit, compre-^{m L. 1. Basil.} bendat ipsas mulieres, & faciat eas decaluare & frustrare per vicos vicinantes. & sanè Leges eius gentis non semel Pu-^{n L. 6. dertr.} blici meminerunt. huius generis seruos possidebant ^{o Ciuitates, & Prouinciae.} Romæ in veteri Elogio:

DIS MANIB
ATTICO III. PROVINCiarVM
GALLiarVM SERVO
C. LICINIVS. IANVARIVS

PAREN-

PARENTI OPTVMO
ET. LICINIA CALLIOPE
CONIVGI

SANCTISSIMO.

Item ^a Municipia, ^b Collegia, ^c Decuriæ, ^d Fiscus, ^e Socie-^f tates, ^g Fana, ^h Curiæ, ⁱ Corpora. Seorsum ab his quos diximus, fuit olim Romæ familia publica, quæ incen-^j dia restinguueret, ⁱ Seneca: interuenerunt quidam amici, propter quos maior fumus fieret: non hic qui erumpere ex lau-^{k Sueton. &} torum culinis, & terrere VIGILES solet; sed hic modicus, qui hospites venisse significaret. Ethi quidem Senecæ vigiles ad ^l Augustum pertinent, qui reiecta IIIvirūm noctur-^{Job. Xiphilin.} norum, Aedilium & Tribunorum plebis cura, per se maluit huic rei consuli, instituto ^m Præfecto vigilum, ^{l L. 1. de off.} cui id muneris demandatum esse voluit. De familia il-^{n Frontinus.} la veteri Iulius ^o Paulus, qui scribit, circa portas & muros in eodem Tit. fuisse dispositam, unde si opus esset euocabatur. Eiusdem ^p Au-^{de aquad.} gusti liberalitate factum est, ut familia aquaria legata sibi à M. Agrippa publica esset. In ea connumerabantur AQVARII, qui aquam publicam è castellis erogabant; ad quorum similitudinem erant & in familia priuata, qui salientes curarent, in publica censebantur CVRA-^{o Jul. Paulus} TORES, qui aquas & castella custodirent, alio nomine ^{lib. 3. Sent.} CASTELLARI. antiqua inscriptio

D M
CLEMETI. CAESAR
VM. N. SERVO. CASTE
LLARIO. AQVAE CL
AVDIAE &c.

Ex qua inscriptione comprobatur ^p Frontini dictum; ^{p Lib. 2.}

E 3 Aquari.

Aquariorum familias duas esse, alteram publicam, alteram à Ti. Claudio Cæs. constitutam. SILICARII stratas silice vias perrumpabant, ad subditos aquarum ductus reparando, ut etiam hodie Romæ fieri vidimus. TECTORES castella & opus arcuatum tegebant. VILLICI calices & fistulas signabant. A PVNCIS ex publicis fistulis aquas in priuatum usum deriuabant. NATIONES, quæ seruos promebant, emptores (inquit ^a Vlpianus) prouocabant, aut deterebant. ^b Varro: itaq. in hominibus emendis, si natione alter est melior, emimus pluris. Quædam enim probæ censabantur, quædam improbae. ^c ALEXANDRINI nequitijs. ^d in Sapi. nō salibus, cantu cæteros antecellebant. ^d Seneca: pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam amant, & sub magistro habent, qui probra meditata effundant: nec has contumelias vocamus, sed argutias. ^e Quintilianus: verba ne Alexandrinis quidem permittenda delicijs risu & osculo excipimus. ASIATICI forma, fluuenalis;

^f Sat. 5. Flos Asiae ante ipsum precio maiore paratus,
^g Sat. 11. Quām fuit & Tulli census pugnacis & Anci.
^h Martialis li. Inter quos nominatim PHRYGES & LYCI. & Idem;
ⁱ Iuue. Sat. 7. Non Phryx aut Lycius, non à Mangone petitus
^j Sat. 9. Quisquam erit in magno —
^k Sat. 9. ^l Clē. li. 3. ped. h SYRI, ^m MAEDI, ⁿ MOESI, ^o GALLI, ^m BITHYNI. ^p CAPPADOCES,
ⁿ Lucianus, o LIBVRNI, viribus valentes, ad onera & leædicam para-
^m Martia. li. 6 bantur. ^p CORSIferi & locordes, quos domini ne exi-
^o Iuue. Sat. 3. guo quidem precio emptos vellent. ^q SARDI nequam.
^p Strabo lib. 5. ^r CAPPADOCES stupidi. ^s BRITANNI proceri: ideoque ab
^q Adagium. ^t CAPPADOCES stupidi. ^r BRITANNI proceri: ideoque ab
^r Cic. postred. Augusto ad officia theatralia donati, auctore Seruio ad
^{in Sen.} illa Virgilij, — utque
^s Strabo lib. 4. ^t Purpurea intexti tollant Aulea Britanni.

Velarij

Velarij videlicet theatrales, de quibus infra. De seruorum NOMINIBVS, immensa propemodum tractatio esset, cum penè infinita & ad libitum fuerint. Illud è ^a Stra- ^b Lib. 7. bone admonuisse sufficiet, Dacos & Getas apud Athenienses fuisse nominum seruiliū segetem, cuiusmodi sunt Mysis, Syrus, Phrygia, Lydus, Iapix, seruis imposita à regionibus nomina. ^b Varro: sic tres cum emerunt Ephesi singulos seruos, nonnunquam aliis declinat nomen ab eo qui vendit Artemidorus, atq. Arteman appellat: aliis aut ab regione, quod ibi emit, ab Ionia Ionem: aut ab urbe Epheso Ephesum: sic aliis ab alia aliquare ut visum est. antiquus glossator luuenalis ad illud,

Quam quæ longorum vehitur ceruice Syrorum, verbo inquit usus est Comico, nam antiquitus seruis nomina ex gentibus suis ponebantur, ut apud Terentium frequenter legimus. At de his haecenus.

Priuata nunc nobis producenda in prospectum familia est, quod commodius fiet, si urbanam à rustica seposuerimus. ^d Paulus ICs. quærens, qua ratione urbana mancipia seorsum à rusticis componi possint, inquit; dicendum est autem, quod urbani intelligendi sint, quos pater familias inter urbanos ad numerare solitus sit; quod maximè ex libellis familie, item cibarijs deprehendi poterit. Verum quia nos huiusmodi libelli & tabulæ domesticæ destituunt, eadem fortasse methodo rem totam inuestigabimus. Omnes enim coniiciemus in urbanam familiam, quotquot in urbe cultui dominico, & urbicæ negociationi adhibebantur. Item eos, qui ædium partibus nomenclaturam debent; & hoc ex officiorum ciuilium, urbanique splendoris ratione: cum villas, utut

constructas ad exemplar ædium urbanarum, desertas
tamen & sub unius imperio Villici rusticorumque tu-
tela per anni dodrantem, non raro esse paterentur. Ne-
que eos omittemus, qui & urbani & rustici dici pote-
rant: urbana enim & rustica familia non loco (inquit Pom-ponius) sed genere distinguitur. Exordiemur autem à ME-
DICIS, quos familiares fuisse testantur^b Suetonius & ^cSe-
neca, qui Domitium Corfinio inclusum, à seruo prius,
quām à Cæsare seruatum scribunt. Clarissimè ^dPaulus
Orosius; adeò dira Romanos fames consecuta est, ut Cæsar La-
nistarum familias, omnesq; peregrinos, seruorum quoq; maxi-
mæ copias, exceptis Medicis & Praeceptoribus, trudi urbe præ-
ceperit. blando nimirum ministerio & tunc id Augu-
stus indulxit, & longè post Iustinianus, ut supra omnia
seruorum articia æstimaret. Horum aliqui CHIRVRGI
fuerunt, seu Medici vulnerum, ut appellat ^fPlinius.
Romæ legebatur:

^eL. 3. c. comm.
de Leg. L. I.
C. de comm.
ser. manum.
f Lib. 29. ca. 1.

CHRESTAE. CONSERVAE. ET. CONIVGI
CELADVS. ANTINOV. DRVSI

MEDICVS. CHIRVRG.

&c. Et huius fortè Celadi meminit Suetonius, sub
corrupto Enceladi nomine, aliqui OCVLARI^{II} seu ABOCV-
LIS quales P. ATTIVS. ATTIVS. AVG. MEDICV'S. A'B
OCVL; & Celadi Antinoi alumnus Lyrius, cuius elogi-
um descripsimus Romæ propè collem Hortulorum,

TI. LYRIVS. TI. CAESARIS

AVG. SER. CELADIANVS

¹¹ MEDICVS OCVLARIVS

PIVS. PARENTIVM. SVORVM &c.

^gSat. 12. Celadus enim Grammaticus, cuius meminit ^hIuuena-
lis;

lis; & ⁱCeladus C. Cæsaris Dispensator, huius loci non ^{et. inscr.}
sunt. Celadianus autem à Celado (ut vidimus) dictus
est. Quæ sanè denominandi ratio admodum recepta
fuit in serujs apud nostros, ut videlicet ab illo, qui in-
ter ipsos familiam veluti duceret, nominarentur. Ita à
Crescente Crescentianus, à Theamido Theamidianus,
ab Euphemio Euphemianus, à Thamyra, Thamyrianus.
Imò & à dominorum nominibus aliquando ea-
dem manauit appellatio; ut à Germanico Germanicus,
à Cæsare Cæsarianus, ab Herode Herodianus.
Quod enim apud D. Matthæum vulgata editio habet: ^{b cap. 22.}
mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, Euangelium He-
braicum Matthæi à IOH. TILIO Episcopo Briocensi edi-
^{c Anno} ^{MDLV.}
tum, habet ad verbum; & miserunt ad eum discipulos cum
seruis Herodis, dicentes, Magister, scimus quod homo verita-
tum es. Quod sanè glossema non video cur doctis viris
placere non possit, cum à vetusto illo, quem tetigimus
more proficiscatur, & dirimat fortasse omnes de Hero-
dianis interpretum controversias apud Euangelistam.
Ocularios recensuit non semel & ⁱScribonius Largus, ^{d cap. 38.}
qui & ^eAtimetum nominat. Et de his demum medicis ^{e cap. 120.}
illud utique eiusdem auctoris sine mendacio prædicari
poterat: multos itaq; animaduertimus, unius partis sanandi
scientia, medici plenum nomen consecutus. CLINICUS aliqui,
CHIRVRGI & OCVLARI^{II} simul; ut Eros ille qui manumis-
sus P. DECIMIVS P. L. EROS. MERVLA scribitur Assisi in
antiquo titulo, ubi is notatur pro libertate dedisse HS.
Ico. & Seneca in eamdem sententiam: quid autem melius ^{g Ep. 80.}
potes velle, quam eripere te huic seruiti, qua omnes premie-
quam mancipia quoq; conditionis extrema, & in his sordibus

F nata

nata, omni modo exuere conantur; peculium suum quod compa-
rauerunt ventre fraudato, pro capite numerat. Clinicos non
malè nos Leotularios interpretabimur. ^b Martialis,
^a lib. 1. 87. Chirurgus fuerat, nunc est Vespollo Diaulus,
Cæpiz quo poterat Clinicus esse modo:
Clinicum vocat vespillonem, ut qui leatos elatorum
traharet. Nec sanè ad viuos tantum medicorum ser-
uorum opera pertinuit, sed etiam ad mortuos, quando
^b Genes. ca. 50 legimus præcepisse & Iosephum seruis suis Medicis, ut
patris defuncti cadauer aromatibus condirent. Apud
Aegyptios enim moris fuit hoc exequi prævia dissecatio-
ne, quæ non nisi peritis mandari poterat, ut monuerunt
^c Lib. 2. d lib. 1. p. II.
^c Herodotus & ^d Diodorus. Et hoc Aegyptiorum insi-
^e cap. 5. tutum amplexati sumus & nos in Principibus viris, tra-
^e Lib. 4. Dial. ditum videlicet à maioribus. D. ^e Gregorius: nam Illu-
stris vir Stephanus, quem bene nosti, de semetipso mihi narra-
re consueuerat; quia in Constantinopolitana urbe pro quadam
causa demoratus, molestia corporis superueniente, defunctus
est, cumq; Medicus atq; Pigmentarius ad aperiendum eum atq;
condiendum esset quasitus, & die eodem minime inuentus,
subsequente nocte corpus iacuit inhumatum. Et huius pro-
^f L. 5. de Inst. fector classis est seruus POLLINCTOR, cuius meminit ^f VI-
lor. adt. pianus ex Labeone. Delegebantur autem ad ministerium
funeris SVCCOLLATORES & VSTORES ex insima seruitute
homines, inscripti & semirasi, cuiusmodi in pistrinum
^g Lib. 8. 75. & in metallum dabantur. ^g Martialis;
Quatuor inscripti portabant vile cadauer,
Accipit infelix qualia mille rogus.
^b Catullus,
Cum deuolutum ex igne prosequens panem,

A semi-

A semiraso tonderetur usore.

De quattuor gerulis subscriptis Martiali & Petrus Chry- ^a Serm. 12. sologus; in obsequium dinitis migrat hic tota ciuitas cum fu-
nus effertur, pauper vadit solus, pauperem duorum portat mi-
seratio baiulorum: nec quatuor ut mortuo, sed duo sub uno ve-
cte quasi projicendo oneri portatores addicuntur inuiti. idem
auctor: funus dinitis antecedit lugubris turba seruorum. in-
ter quos videntur fuisse inserti ORCINI, & PILEATI, hester-
ni Quirites, ut appellat Persius, de quibus clarissimus
^b CVIACIUS. Augustorum familia agnouit etiam PRIN- ^b Lib. 3. obf.
CIPEM MEDICORVM, ARCHIATRVM; quem, ut in antiquo
titulo est, ipsi vocabant SUPERPOSITVM Medicorum.
Neque verò Medici tantum, sed & MEDICAR fuerunt in
usu. antiqua inscriptio,

SEGUNDA

LIVILLAES

MEDICA

Et hæ videntur gynæcia curasse, & curam adhibuisse
mulierum passionibus. Quare non malè (ut alij eti-
am animaduerterunt) notauit Anianus ad Paulum;
quoties de mulieris pregnatione dubitatur, quing; obsterices,
id est Medica, ventrem iubentur inspicere. Iam verò TRA-
CTATRICES quæ corpus fricabat, Medicarum ministras
fuisse arbitror, ut TRACTATORES Medicorū. ^c Martialis: ^c Lib. 3.
Percurrit agili corpus arte Tractatrix.

Nec aliud intellexisse videtur ^d Seneca: an potius optem, ^d Epist. 66.
ut malacissandos articulos exoletis meis porrigam, ut muliercu-
la, aut aliquis in mulierculam ex viro versus, digitulos meos
ducat? quid ni ego feliciorum putem Mucium, qui sic tractauit
ignem, quasi illam manum Tractatori prestissem? Medicis

^{a lib. 29. cap. 1.} IATRALIPTAS adiungemus. ^a Plinius: nec fuit postea quæstus modus; quoniam Prodigus Selymbriae natus discipulus eius, instituens quam vocant Iatralipticen, reuactoribus quoq; Medicorum, & Mediastinis vectigal inuenit. Romæ legebatur in veteri inscriptione,

DILS. MANIBVS. §

TITO. FLAVIO. OLENO

SERVO. ET. PROCVRAT

BALNEI. T. FLAVI. AVG

VCT. MEDIASTINO &c.

^{b lib. 10. ep. 4.} ^b Plinius minor: proximo anno domine grauissima valetudine usq; ad periculum vita vexatus, Iatralipten assumpsi. Ceterum ad rem maior Plinius, quæ scribit de MEDIASTINIS. fuerunt enim illi ut Aliptæ & Vnctores, ministri balneares. Nam quod iuuenialis cecinit, de poetis co desperatione adactis, ut

^{c sat. 7.}

Balneolum Gabys, Romæ conducere Furnos

Tentarent —

^{d lib. 1. ep. 14.} veteres glossæ de Mediastinis & Pistoribus interpretantur. Consentit Porphyron ad illud Horatianum;

Tu Mediastinus tacita prece rura petebas.

^{e In Partit.} nec abit. Priscianus. Hæc eadem statio illos sibi vendicat, quibus cura obtigerat in magna familia, ut ægros de Tranquili. insanosque compescerent. Et huius muneric aliqua portione functus est nisi nos veteranum marmorum exscriptores fallunt) SEXTORIVS nescio quis, AVG LIB AB AEGRIS. CUBICVLARIORVM. At quia Medicorum placita Balneas, ut vidimus, non abnuerunt, BALNEATOREM propterea hic collocabimus. Eius ministerium pulchre tetigit D. Zeno Episcopus & martyr; properare properare

^{f Seneca l. 11.}
^{g In uitatione ad fontem ss.}

te

re benè loturi fratres. Aqua viua, Spiritus sancto, & igne dulcissimo temperata, blando murmure iam vos inuitat. iam balneator præcinctus expectat, quod unctui, quod tersui opus est præbiturus, sed & denarium aureum triplicis numismatis unione signatum. Balnearum verò usus supra quotidianum

balneatoris ministerium adeò assiduum fecerat, ut elixum appelleat ^a Martialis, FORNACATOREM instrumento balneatorio contineri scribit ^b Paulus; & huic à balneatore credita videtur Fornax, quæ fuit in balneo, ut

ad illius arbitriū calefaceret eam, tepes faceretue. ^c Lam-

^{a Lib. 3.}
^{b L. 14. de}
fundo instr.

^{c in Cōmodo.}

pridius: auspiciū crudelitatis apud centumcellas dedit anno atatis XII; nam cum tepidius forte lotus esset, balneatorem in fornacem conyici iussit, quando à pedagogo, cui hoc iussum fuerat, veruccina pelli in fornace consumpta est, ut fidem pæna de fætore nidorū impleret. Qui dominum lauantem un-

gebant, voce græca Latio donata ALIPTAE dicebantur, nostris VNCTORES, & ministri ungendi. ^d Seneca: cum in

^{d Epit. 57.} aliquem inertem, & hac plebeia unctione contentum incidi,

audio crepitum illis manus humeris, que prout plana peruenit aut concava, ita sonum mutat. infra. Aliptam cogita, tenu-

em & stridulam vocem, quo sit notabilior subinde exprimen-

tem, nec umquam tacentem, nisi dum vellit alas, & alium pro

se clamare cogit. Opelici unctoris meminit ^e Martialis,

Panthæ, Secundionis, Erotis antiqua monumenta. Hu-

iusmodi minister Commodum Imperatorem de medio

sustulit. ^f Victor: ibi per ministerum ungendi (nam forte is fin editione

quoq; è consilio erat) fauibus quasi arte exercitijs, brachiorum ^{A. Schott.}

nodo validius pressis, exspirauit. ^g allusit huc Horatius,


— iussit ad se his illi
Mæcenas serum sub lumina prima venire

^{g lib. 11. sat. 7.}

F 3

Con-

Coniuūm; nemon' oleum feret ocyus? ecquis
 Audit? cum magno blateras clamore, fugisq;
 Aliptæ instrumenta erant Strigilis, Lintea, Guttus. ^{a Sat. 3. de his} Artemider.
^{Artemider.} cap. 66. lib. 1. uenalis, — domus interea secura puellas attingit
 Iam lauat, & bucca focium excitat, & sonas uncis
 Strigilibus, pleno componit lintea Guttis.
 Hac inter pueros varie properantur —
 Horatius, ^{b lib. 2. Sat. 7.} an hic peccat, sub noctem qui pueruam
^{c epist. 95.} Furtinam mutat Strigli? — Seneca; veteris lintea
 & strigiles
 Ioni ferre, et
 speculum te-
 nere Innoni.
 non querit
 ministros
 Deus. quid
 ni ipse hu-
 manogeneti
 ministrat.
 Ampulla
 ad hæc &
 Lenticula,
 cuiusmodi
 ego Romæ
 natussum
 fisiile, len-
 ticulari (ut
 ille d' ait)
 forma, tere-
^{d Appuleius.}
 ti



ti ambitu, pressula rotunditate, cuius hic exemplum subi-
 cio, ut & antiquæ Strigilis, quam vidi apud nobilissi-
 mum virum NICOLAVM FABRICIVM. Porro declarabit
 nobis Strigilis hic typus Appuleij verba in Excerptis (i-
 ta enim Florida appello) iuxtaq; honestam strigileculam te-
 cta fastigiatione clausula, flexa tubulatione ligula; ut & ipsa
 in manu capulo moraretur, & sudor ex ea riunio laberetur.
 Pertubulationem quippe ligulæ sudor dilabebatur. Li-
 gulam autem vocat partem incuruam superiorem, quod
 sit non absimilis Ligula, oblonga, fornicate & contra-
 cta; cuiusmodi ego argenteam eleganter elaboratam
 Romæ spectavi apud LELIVM PASCHALINVM, inscriptam
 que CRESCENTIA. Et hac (ut ego quidem censeo)
 Strigilis parte videntur usi fuisse aliquando & Medici. ^{a cap. 39.}
 Scribonius Largus; ad auricula & ramorem & dolorem
 sine ulcere, prodest herbe urceolaris, aut cucurbitæ ramento-
 rum succus tepens, per Strigilem in foramen auris dolentis in-
 fusus. ^b Plinius; medentur & aurium dolori: item succus in- ^{b Lib. 29. cap.}
 nius Hyoscyami modice: item Achillea & minoris Centaureæ ^{c lib. 3. cap. 26.}
 & Plantaginis; Peucedani cum rosaceo & Meconio: Acori
 succus cum rosa. omnis autem strigli calefactus infunditur.
 Aliptæ ministerium egregie ridet Epidetus apud Arri-
 anum. At non præficiemus unguentis peculiarem mi-
 nistrū, qui promeret & asseruaret? Seruius ad illa i. Ae-
 neid. — ubi mollis Amaracus illum
 Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra; qui iusdat
 narrat, Amaracum puerum regium VNGVENTARIUM fu-
 isse, qui casu lapsus, dum ferret unguenta, maiorem ex ^{d Lib. 4. cap.}
 confusione odorem creauerit. quæ omnia ^{e penult. lib. 17. cap. 9.} Isidorus in
 suas origines transtulit. ^{f lib. 3. Ode 14.} Horatius huiusmodi puerum allo-

alloquebatur; ^{a Lib. 3. ca. 52.} I, pete unguentum puer, & coronas.
Et cadum Marci memorem duelli.
Cur autem axillas olim vellerent & lauigarent cum to-
to corpore, id verò mollitiei adscribendum est; & terti-
gimus nos paulò superius. Imò post Pumices, Resinam,
& Volsellas eò ventum est, ut Psilothro & Dropace ad-
hibitis, pilos arcerent. ^a Plinius Valerianus: sunt qui vel
suis pilis vel seruorum suorum in balneo offendantur, sine ulla
quidem ratione. sed illorum quoq; persuasiōni succurrendum
est, & monstrandum, quemadmodum effici posset, ut euisi pili
non renascantur. Omne autem Psilothro sic utendum est, ut
prius quād adīciatur, Resina pili auferantur. &c. ^b Martialis.
^{b lib. 3. 32.} Psilothro faciemq; lauas, & Dropace caluam:

<sup>c Turnebus
lib. 27. ca. 10.
d Epist. 57.</sup> Numquid tonsorem Gargilane times?
A quo ministerio in veteribus Lexicis ALIPILARIVS dpa-
taxis ins appellatur. hunc ALIPILVM vocant nonnulli, in-
seruntque ^d Senecæ verbis, quæ superius retulimus.
Vestimenta lauantium seruabant CAPSARI, & peculia-
res aliquando è familia homines. Petronius: ceterum
ut mouimus dextros gressus, seruus nobis dispoliatus procubuit
ante pedes, & rogare cœpit, ut se pœnae eriperemus: nec ma-
gnum esse peccatum suum, propter quod periclitaretur. Subdu-
cta enim vestimenta sibi Dispensatoris in balneo, que vix fu-
issent X HS. Notandum verò est, honestas matronas
ancillarum opera uti consueisse, ideò Romæ lapis ex-
tabat inscriptus,

^{e 8a. 6.} ATHENAIIS AVGVSTAES VNCT
Non enim uniuersæ cum tunica pudorem posuerant.
ut illa iuuenali decantata,
magna gaudet sudare tumultu,

Cum

Cum laſſata graui ceciderunt brachia massa,
Callidus & crista digitos impresit Aliptes.
Ac summum domine femur exclamare coegit.

Ad castitatis norinam Susanna, de qua ita ^a Alcimus A- ^{abb. 6. ca. 22.}

uitus, Ecce autem viridis per mollia gramina luci
Susanna ingreditur, famulis comitata duabus,
Quas smigma atq; oleū iubet ad se adferre, forasq;
Destinat imprudens —

TONSOR non alibi querendus est, quem familiarem fu-
isse unus euincet ^b Ouidius, ^{b lib. 11. mox.}

Sed solitus longos ferro resecare capillos

Viderat hoc famulus —

Pantagathus ille, cuius epitaphium cecinit ^c Martialis, ^{c Lib. 6.}
hoc doméstico ministerio fundus est. Tonstrinæ au-
tem negocium describit nobis ^d Seneca: quid: illos ocio ^{d De Breu. Si-}
sos vocas, quibus apud Tonsorem multæ horæ transmittuntur,
dum decerpitur si quid proxima nocte succreuit, dum de singu-
lis capillis in consilium icur, dum aut disiecta coma restituitur,
aut deficiens, hinc atq; illinc in frontem compellitur? pergit:
quomodo excandescunt si quid ex iuba sua decisum est, si quid
extra ordinem iacuit, nisi omnia in annulos suos reciderunt?
infra; hos tu ociosos vocas, inter pectinem speculumq; occu-
patos? Instrumentum notat ^e Lucianus, ξυγόν, καὶ μαχαί- ^{e Aduersus}
ριδας, καὶ μάτωπον. Habuit & Palatium Tonlores suos. ^{f Lib. 22.}
^f Ammianus: cœnerat ijsdem diebus, ut ad demendum Im-
peratoris capillum, Tonsor venire præceptus, introiret quidam
ambitiose vestitus, quo viso Julianus obſtupuit; ego, inquit,
non rationalem iussi, sed tonsorem acciri. Neque verò mu-
lieribus obſepta fuit hæc ad quæſium, & dominicam
gratiā via. ^{g Lib. 2. 17.} & Martialis;

G Ton-

Tonstrix, Suburrae fauibus quæ sedet primis.
vetus elogium:

SEXTIAE. L. TERTIAE
TONSTRICI

Et in hoc ministerio apud Cleopatram Aegypti regiam gratiâ & regio fauore insignis fuit mulier ancilla,
a in M. Anto-
nio.
b Tuscul. Disp
Lib. 5.

cuinomen Eras, ut asserit ^a Plutarchus. Nec aliud sibi voluit ^b Cicero, Dionysij senioris miseram custodiam perstringens; qui ne Tonsoni collum committeret, tōdere filias suas docuit. Subdit enim: ita sordido ancillarī artificio, regia virgines ut Tonstricula, rondebant barbam & capillum patris. De Balneo imus in Culinam. OF-

FARIOS & eoq; vos, veteres illi lurcones magni fecerūt.
c lib. 9. cap. 17. Plinius; at nunc Cocci triumphorum precijs parantur, & Cororum pisces: nullusq; prope iam mortalis estimatur pluris,
d lib. 9. cap. 1. quam qui peritiſime censum domini mergit. Val. ^d Maximus; inde ab Oceani littoribus attracti pisces: inde infusa culinis artes, (ita enim habent membranæ meæ) censibusq; edendis ac bibendis reperta voluptas est. Liuius; tum Coquus, viliſſimum antiquis mancipium & estimatione & usu, in pre-
e lib. 10. ca. 50. crio esse; & quod ministerium fuerat, res haberi cœpia. Idem Plinius; postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut diuidantur intergora, ut à pede uno dilatae, repositoria occupent. Coqui ideam expressit Damoxenus Comicus apud ^f Athenæum, apud quem culinæ instrumentum, condimentorum indiculus, poreus Troianus, & Coqui glorioſa magisteria recensentur. Huius artificij fuerunt Aesopi nobilis patina, cœnæ Metellianæ, Apicana de-creta, & alia huiusmodi sexcenta, excogitata in perniciem censuum & patrimoniorum. Appuleius: higerat

dives

dives admodum dominus; at illorum alter pistor dulciarius, qui panes & mellita concinnabat edulia; alter Coquus, qui sapidissimis intrimentis succuum pulmenta condita uapore mollibat. ^g luuenalis,

— veniet qui fercula doctè

Componat, veniet qui pulmentaria condit.

quæ de Structore & Coco dicta esse testantur veteres Glossæ. Eleganter ^b Martialis,

Non satis est ars sola Coco seruire palato,

Namq; Coccus domini debet habere gulam.

Neque verò unico tantum Coquo contenti erant. ^c Iuve

^d Lib. 14. cap. 33.

nalis; — Librarius, ARCHIMAGIRI,

Carptores —

Inscriptio antiqua,

HIC OSSA SITA SVNT

FAVSTI ERONIS

VICARI SVPRA

COCOS

Et quia Coquus & Pistor idem antiquitus fuit, PISTO-
RIS seu PINSORIS hæc erit statio. ^d Varro περὶ ἀρμάτων; ^e Gell. lib. 15.
si quantum opere sumpsisti, ut tuus Pistor bonum faceret pa-
nem, eius duodecimam Philosophie dedisses, ipse bonus iampri-
dem esses factus. nunc illum qui norunt, volunt emere millibus
centum, te qui nouit, nemo centus. Sybariticum verò pos-
sit videri illud, quod narrat ^f Clearchus Solensis lib. V. ^f Athenæus
vitarum, Pistorem, nescio cuius, cum tunica chiridota, & ore ^g lib. 12.
sudario obuoluto, iussum esse farinæ massam tractare; ne vide-
licet sudor stillans influeret, aut subactam farinam halitu affla-
ret. Panis conficiendi ratio apud Plinium extat, qui &
de Pistoribus multa. Horum alij DULCIARIJ, alij LACTA-

^{ali. 10. metam} RII. de illis^a Appuleius: hic Panes, Crustula, Lucunculos,
^{b lib. 14. 222.} Hamos, Laterculos, & cōplura scitamenta mellita.^b Martialis,
Mille tibi dulces operum manus ista figuras

^{c Elagabalo.} Exstruit: huic uniparca laborat Apis.

de Laetarijs^c Lampridius: dulciarios & lactarios tales ha-
buit, ut quacumq; coqui de diuersis edilibus exhibuissent, vel
Structores vel Pomarij, illi modo de dulcij, modo de lactarijs
^{d lib. 3. sent.} exhiberent. PLACENTARIORVM meminit Iul. a Paulus: &
^{e Lib. 11. 32.} Pistoris asseclas fuisse innuit^e Martialis,

Hinc Pistor fatuas facit Placentas.

^{f L. 1. Naui.} POMARII & FOCARII se hic exhiberi non molestè ferent;
^{Caup. Stab.} ut & VENATORES vel AVCPES, qui instruendarum gratia
quotidianarum epularum habebantur. CELLARI rem
^{g Capitius.} cibarium, quæ in penu fuit, adseruabant. ^g Plautus:

Sume, posce, prome quid vis: te facio Cellarium.

^{b Epist. 123.} ^{i Lib. 19. cap. ult.} ^{k Elagab.} b Seneca; circa lucem discurrunt, pueri vocantur, Cellarij,
Coqui tumultuantur. quero quid sit? dicitur mulsum & alicam
poposcisse à balneo. ⁱ Plinius: Apio eximunt Cocci obsonijs Ace-
tum; eodem Cellarij in saccis odorem vino grauem. ^k Lampri-
dius; mittebat Parasitis per Cellarios, Salarij annua vasa, cum
Ranis, cum Scorpÿs, cum Serpentibus, & cum huiusmodi mon-
stris. Hinc manauit loci nomen apud ⁱ Luca interpretem,^m Augustinum & ⁿ Cassianum. Transtulit elegan-
ter. Theodorus Priscianus; sed Pulmonem esse veluti Cel-
larium spiritus ad arterias mittendi, seu replendi omnem cor-
poris regionem, ex quo spiritu omnes nostri artus commouean-
tur. hinc Cellariolum apud ⁱ Gregorium Turonensem,

^{p lib. 2. mirac.} ^{cap. 35.} qui & Promptuarium vocat. Cellarium autem mini-
strum, PROMVM appellavit ^g Horatius;
Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis,

Sperne

Sperne cibum vilem: nisi Hymettia mella Falerno
Nebiberis diluta. foris est Promus, & atrum
Defendens pisces hiemati mare. —

PAENVIARIVM, antiquum^a marmor; CONDVM PROMVM^a Puteolus.
PROCVRATOREM Peni^b Plautus, quem imitatus est du-^b Pseudolo, ci-
bio procul^c Paulus Diaconus in Distichis, quibus bea-^c tissimi Benedicti admiranda complexus est;
^{Lang. ca. 26.}

Cur Promē conde times stillam præbere Lecytii?

Dolia certè fluunt. cur Promē conde times?

Cellæ promæ^d hoc referendæ sunt. ^d Tertullianus: nisi
quia in cellæ promis caro salita & usui reposita seruatur, depro-
menda illinc suo tempore. Hinc Cellæ penaria, cuius me-
minere Suetonius, Vlpianus, Turonensis & alij. Ve-
rum inter Penu & Cellarium hoc intererat, quod Cellar-
rium paucorum dierum, Penu esset temporis longi.
Notat^e Seruius ad illud,

Cura penum struere —

quod & videtur Q. Scæuolæ placuisse apud ^f Gellium,
licet Fab. Planciades non ita ad amussim scripsérunt, Pe-^{f lib. 4. cap. 1.}
num autem Cellarium dicimus. Cella autem & Cellarium
autores Donato, à redonendis, calandisq; rebus esculentis^{g Adelph. Ad.}
& poculentis dicitur. Verum Penoris nomine veniunt e-^{4. Sc. 2.}
sculentæ & poculentæ, Oleum, Garum, Muria, Mel, A-
acetum & Hordeum, Ligna & Carbones, Thus & Ceræ.
nec iniuria, est enim omne, scribit ^b Cicero, quo vestuntur ^{h lib. 2 de nat.}
homines, Penus. & Penora dicuntur res necessariæ ad vi-^{Decor.}
tum quotidianum. Notauit autem apud Homerum ^{i lib. 1. Deipno-}
^{j Athenæus PENARIAM, seu PENARIAM ancillam; quæ} sopb. est auem
Græccæ est, ^k τεμπια. Conuiuum apparabant MINISTRI; eiusmodi Lyde
hæc siquidem fuit legitima, & iusta seruorum triclinia-^{lib. 3. carm. o-}
^{de 28.}

^{a Seru. de h.} rium nomenclatura. ^a Zeno Veronensis: Joseph utiq, in
aure & inuid. Aegyptum non venisset, nec pudicitiae tenax domina lasciuens-
tis insidias incidisset, non fuisset retrusus in carcerem, nec mi-
^{b Lib. 1. Act.} nistris Pharaonis familiarior extitisset. &c. ^b Virgilius,
— totidemq, pares atate ministri
^{c Lib. 11.} Silius, — non una ministri

Turba gregi —

^{d Lib. 10.} ^d Lucanus, Tunc famule numerus turbæ, populusq, minister.
Seruius in Eclogam II. de Alexi; cum vidisset in ministe-
^{e M. Antonio.} rio omnium pulcherrimum. Iul. ^e Capitolinus: tunc viris
clarioribus permisit, ut eodem cultu, qua ipse, vel ministerijs
similibus conuinia exhiberent. ^f Petrus Chrysologus: discu-
benti homini Deus adstat, & adstat in cælestibus: epulanti ser-
uo seruit Dominus; & seruit accinctus; pueris suis, ministeris
suis ministerium facit Christus, & facit in Patris iam gloria
constitutus. Neque tamen negamus, quod vir eruditissi-
mus affirmauit, ministerij appellatione aliquando in-
telligi omnia vasa argentea Triclinio sternendo neces-
^{c 39.} ^{g lib. 7. 39.} saria. Vsi enim sunt hac vocis eius notiones Paulus O-
^{b Serm. 122.} rosius, & ^b Petrus Chrysologus, ille; dumq, expositis opib-
bus, attonitum barbarum, magnitudine & pondere, ac pub-
christidine, ignota etiam vasorum qualitate intelligeret, virgo
Christi ad barbarum ait: hec Petri Apostoli sacra ministeria
sunt, presume si audes, de facto tu videris. Hic; quid est di-
ues? ubi sunt torrentes torcularium tuorum? ubi sunt horrea
ad famem pauperis non minus cupiditatibus dilatata, quam
copiis? ubi sunt vina ad inopiam pauperis, annositatibus &
ipsa temporum obliuione seruata? ubi sunt effusiones, lapsus,
^{h Lib. 1. Ep. 2.} flumina ministeriorum tuorum? Sidonius: si in conuinium
venitur, quod quidem diebus profectis simile priuato est, non
ibi

ibi impolitam congeriem liuentis argenti mensis cedentibus su-
spriosus minister imponit. Scimus autem Seruos quan-
doque in uniuersum ministros & ministeria dictos esse,
ut à ^a Seneca, ^b Plinio, ^c Martiale, qua notione ministe-
rialis apud Latino Gallicos scriptores seruus est. Con-
uiualem ministerum expressit ^d Horatius;
— puer alie cinctus acernam

Gansape purpureo mensam pertergit — &

ut omnes

Præcincti recte pueri, comptiq, ministrent.

Hi Græcè ^F Διάκονος & ^Φ Διάκονος appellati sunt, à quibus
ordo sacer nomen traxit Diaconorum. Nostri enim ex
prima institutione ministraverunt mensis, ut ex Actis
Apostolicis notauerunt Isidorus & Amalarius Fortuna-
tus. Et profecto ^e Arator ministros vocat;

— sit cura ministeris

Officium librare suum, quo laudis amictu

Hunc deceat lucere chorum, quem mysticus ordo

Consecrat in numero —

Huc respexit D. ^f Ignatius, nostros Diaconos infor-
mans; ^g γὰρ Βερτῶν, καὶ ποτῶν εἰσὶ Διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας
γέγονται. & hinc ministeria ipsa fuerunt qui Dia-
conias nominarent. Auctor coenæ D. Cypriano falso ad-
scriptæ: at ubi diuisit vestes, Rex respiciens eos, sic ait; non
ante cœnabitis, nisi singuli singulas vices feceritis: atq, ita sibi
præceptas Diaconias consumauerunt. Porro insigniuit hæc
vox peculiare quoddam Diaconorum nostrorum mi-
nisterium, de quo agemus inferius. At vestis ministeri-
um Tricliniarium fuit Tunica, qua omnes, ut suo loco
indicabimus, promiscue serui usi sunt, eaque sine ma-

G 4 nicis

^F Rabanus
Maurus de io
fit. Cler. lib. I.
ca. 7. IuoCar-
notensis in ser-
monib.
^Φ ones passim
^e Lib. 5.

niciis aliquando, aliquando manicata: sed leviter & nō ultra cubitum, interdum etiam ultra cubitum, totius brachij operimento, ut conspeximus in antiquis scalpturis. Ab his desumpsisse Tunicas suas, quas hodie vocamus Albas, Leuitas Diaconosue nostros, quas tamen non præcingerent sibi, sed ad talos usque demitterent, non inviti suspicamur. ^{a de vita contempl.}

^{b in Siluestro.} Philo Ecclesiam Alexandrinam describens: ceterum in hoc sacro conuiuio nemo, ut dixi, seruus adest, ministrant ingenui, & sponte quicquid opus est faciunt. infra: discindi autem ex promissis Tunicis accedunt ad ministrandum, ut absit omnis seruitus species ab hoc conuiuio. Et licet per hæc minus trita à nostris, in tanta

annorum ac rerum caligine, timide & suspenso gradu incedamus, monemus tamen eruendæ veritatis studiosos. B. Siluestrum Diaconibus, qui Colobijs antea u-^{c Erudit. Theol. lib. i. ca 33.}

tebantur, Dalmaticas vestes assignasse, ut afferunt ^{d Quid signif.} b Bre-

uiarium Romanum, & ^e Hugo de S. Viatore. at id qua-

re? quia nuditas brachiorum culpabatur. Ita ^f Albinus

Gest. ^{g in Quaest. Hebr.} refert Panus in expl.

Eccles. f lib. 9. aen.

At Colobium fuit vestis sine manicis, ut afferunt ^{h Lib. 19. E-}

gym cap. 22. ^{i Loco citato.}

Seruius, & Hieronymus, ⁱ Isidorus & ^j Albinus; licet Aegy-

ptiorum monachorum Colobia (ut prodit ^k Cassianus)

manicas, sed decurtatas, cubito tenus haberent. Fuit

autem Colobiū Tunica. An verò Ecclesiastici Diacones

nudis omnino incederent brachijs, ut conuiuales illi,

non ausim omnino affirmare, aut negare constanter.

Culpata nuditas brachiorum videtur fauere affirman-

ti; quam tamen ego speciem pro cetera castimonia se-

nioris Ecclesiæ, vix animo possum concipere. Adda-

mus, non esse omnino certam traditionem Albini, Co-

lobia

Iobia videlicet D. Siluestri iussu abolita fuisse, cum narret ^{accit. Ciacco in notis ad Cassianum.} Anselmus Decretorum antiquus collector, à San-
cto Silvestro & Presbyteris eius Colobiorum usum in-
cœpisse; & Marcum, Iulium, Liberium acceptum reti-
nuisse: post hos autem Colobia Dalmaticis esse permu-
tata in gratiam alieni aspectus, qui in Colobio require-
bat nescio quid amplius. Quæ sanè confirmantur ex
ijs, quæ narrat ^b Ammianus: post hæc (inquit) indumen-
tum regale querebatur, & ministris fucanda purpura tortis
confessisq; pectoralem tuniculam sine manicis textam, Maras
quidam nomine inductus est, ut appellant Christiani, Dia-
conus; cuius prolata litteræ scriptæ Græco sermone, ad Tyrj tex-
trini prepositum, celerari speciem perurgebant. In re tam
perplexa quid pronunciabimus? Non liquere; & ideò
ampliandum. Non ignoramus utique multa mysticè
de sacris Sacerdotum vestibus, à sanctissimis & erudi-
tissimis viris tradita esse, cum illas ab augustinissimis He-
bræorum ritibus deriuent; neque hæc nobis conuelle-
re propositum est: sed scimus etiam multa è gentilium
obuia consuetudine, atque adeò superstitione, transla-
ta fuisse ad usus nostros, tum utilitatum sapienter. Ae-
qui igitur bonique consulet qui hæc nostra leget, studi-
um veritatis inquirendæ, cuius luce menti hominis, ut ait
summus Orator, nihil dulciss. Porrò Diaconorum no-
strorum (ut etiam hoc obiter tangamus) partes viden-
tur fuisse, Eleemosynas à fidelibus oblatis in usus pau-
perum distribuere; & hæc iam inde à D. ^{c Epist. 2. ad Corinth. cap. 8. & 9.} Paulo, qui mi-
nisterium hoc Diaconiam appellat. Hinc Sisinnius &
Gyriacus Diaconi viatum deferebant Sanctis Martyri-
bus, ut habent ^{d apud Metaphr.} gesta Marcelli Papæ. D. certè Lauren-

H tius

^a Prosper. in
Chron.

^b Lib. 3. Dial.
cap. 20.

^c Clem. lib. 2.
confit. cap. 6.
^d Lib. 3. cap. 15

^e ibidem.

^f lib. 8. cap. 26.

^g nescio quid
simile extat in
Ord. Romano.

^h lib. 10. Ep.
97. & nota-
nit Balduin.

ⁱ Luce 10. Io-
ann. 12.

^j Sulpit. Sene-
tia lib. 3.

tius Archileuita hoc munere functus egregie est, transmisitque ad successores, cum ^a Titus Diaconus Martyr pecunias pauperibus distribuens Romæ à barbaris interfectus sit; & D. ^b Gregorius Bonifacium Diaconum, Ecclesiæ nominet dispensatorem. Diaconissæ autem quæ vocantur, Diaconis origine fuerunt æquales. ^c cuncte studiebant verò portas introitus videlicet Ecclesiæ in statione fœminarum. erant ad easdem ^d internunciæ; ^e ministrabantque Presbyteris in earumdem Catechismo, & Baptismate, propter honestatem; & finitiabantur ab Episcopis solemnî precatione, ministerio tamen non Sacramento. Harum videtur meminisse ^f Plinius iunior in consultatione de rebus nostris ad Traianum Augustum conscripta: quo magis necessarium credidi, ex duabus ancillis, que ministra dicebantur, quid esset veri & per tormenta querere. Sed nihil aliud inneni, quam superstitionem prauam & immodicam &c. Et ex hac tandem muliebri ministrandi ratione, quis non laudet pietatem nobilissimarum, & sanctissimarum sororum Marthæ, & Mariæ, quarum altera non semel Domino ^b ministravit, altera sedere consuevit secus pedes eiusdem ^g nimirum submittebant illæ fastigium auitæ nobilitatis diuino obsequio, & exequabantur in CHRISTO, quod clarissima heroina longè post imitata est in CHRISTI imitatore Martino. ⁱ Maximi enim Imperatoris regina, non opes regni, non Imperij dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: diuelli à Martini pedibus solo strata non poterat. Postremo à viro suo poposcit, deinde Martinum uterque compellans, ut ei remotis omnibus ministris, praberet sola conuiuum. nec posuit vir beatus obstinatus reluctari. componitur castus Regina manibus

manibus apparatus: sellulam ipsa consternit, mensam admovet, aquam manibus subministrat: cibum quem ipsa coxerat, apponit. ipsa, illo sedente, ceminus secundum famulantium disciplinam, solo fixa constitut immobili, per omnia ministrantis modestiam, & humilitatem exhibens seruientis: miscuit ipsa bibituro, & ipsa porrexit. finita cœnula, fragmenta panis assumpti, micasq; collegit, satis fideliter illas reliquias Imperialibus epulis anteponens, &c. O felices, o beatas, quibus licuit CHRISTO & Martino ministrare, quibus CHRISTI & Martini pedibus aduolui licuit! Ministrorum primus ^a Lib. 14. 317. mihi erit OBSONATOR. ^b Martialis eleganter de codem;

Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec unum

Addideris verbum, cœna parata tibi est.

^b Seneca: adiace obsonatores, quibus dominici palati notitia ^b Epist. 47. subtilis est, qui sciunt cuius rei illum sapor excitet, cuius delebet aspectus, cuius nouitate nausebundus erigi possit, quid iam ipsa satieta fastidiat, quid illo die esuriat. Hic ^c Athenæo est ἀγοραῖς, καὶ ἐψώνης, quem præceptis instruxit Lynceus Samius. INVITATOR & VOCATOR appellatio- ^c Lib. 4. nem sortiti ex munere sunt huius meminit ^d Athenæus, ^d Lib. 14. ^e Lib. 9. illius ^e Martialis, & antiqua Romana inscriptio:

AGATHOPVS.

AVGG. LIB.

INVITATOR

&c.

^f Plinius; indignantiq; Ptolemaeo & vocatores suos ostendenti, lib. 35. ca. 10. ut diceret à quo eorum invitatus esset. & Appuleius: & ecce ^g lib. 3. Met. quidam intocurrens famulus, rogat te ait tua parens Byrrhe- ^h da, & coniuū cui te sero desponderas, iam appropinquantis admonet. ^b Ammianus; & Nomenclatores assueti hac & ^a b Lib. 19. lia venditare, mercede accepta, cœnis quosdam & prandij in- ^b Lib. 19. seruare.

serunt subdititios, ignobiles & obscuros. Notandi hic Nomenclatores è campo in triclinium euocati, quos "Atheneus ὄνομακλήτορες, & οἱ εἰπων ταξιάρχοις appellat: & videntur esse οἱ εἰπων κλήτορες Artemidoro. Inuitatores expressit CHRISTVS dominus apud ^b Matthæum & ^c Lucam. Descripsit autem ^d Seneca; ^e alius cui coniuarum censura permissa est, perstat infelix & expectat quos adulatio & intemperantia, aut gula aut lingua, reuocet in crastinum. Et ab hac forte opera seruum Calatorem in Rudente appellat Plautus, ubi tamen Lambinus à Festo non discedit. Huius classis fuit puer qui nunciabat HORAS. ^f Iuuenalis:

— clamore opus est, ut sentiat auris
Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.

^f Lib. 8. 67. f Martialis:

Horas quinq puer nondum tibi nunciat, & tu
Iam coniua mihi Cæciliæ venis.

^g Lib. 2. cp. 9. ^g Sidonius; ecce & ab Archimagiro aduentans, qui tempus instare curandi corpora moneret, quem quidem nuncium per spissa clepsydra horarum incrementa seruantem, probabat competenter ingressum quinta digrediens. Porro ipsi Triclinio præfatus erat seruus TRICLINIARCHA, ut in veteri Epigrammate nominatur, m. VLPIVS. AVG. LIB. PHAEDIMVS. hic D. b Iohanni Architriclinus est, siue eiusdem interpreti: iuuenco summus minister; quod ut inquit ^k Atheneus, esset ἐπίσταρης τῆς ἀλησ οἰανοιας, seruorum nimurum Tricliniarium, quorum aliqui ^l Aqvam in manus infundebant, aliqui fercula ^m INFEREBANT, INFERTORES appellati ab opera quam præstabant. ⁿ Iuuenalis; ^o Aspice quam longo distinguat pectore lancer

^b Cap. 2.

^{elb. 2. Histor.}

^{Eu.}

^k Lib. 4.

^l Petronius.

^m Athenaeus.

^{lib. 4.}

ⁿ Sæc. 5.

^o Sæc. 5.

Que fertur domino squilla, & quibus undig septa
Asparagis, qua despiciat coniua caudā,
Cum venit excelsi manibus sublata ministri.
ubi habent veteres glossæ, ministri; Infertoris. Exdem
ad illa eiusdem ^p poetae.

Nec frustum capree subducere, nec latus Afre
Nouit avis noster tirunculus — ita explicant, hoc
est quod vult dicere, Infertor noster furtum facere ignorat.
Ethæc quidem vox in Lege etiam Salica extat, ut vide-
bimus infra. Ministerium tetigit ^b Iuuenalis, & ante ^{b loco cit.}
hunc ^c Horatius,

— deinde secuti —

Mazonomo pueri magno, discerpta ferentes
Membra gruis, sparsi sale multo, non sine farre,
Pinguibus & frcis pastum iecur anseris albi,
Et leporum auulso, ut multo suauius, armos
Quam si cum lumbis quis edit —

Tangit & ^d Zeno Veronensis: tres pueri unanimis legumi:
na inferunt primi, quibus ut scitus sit sapor, salem sapientia a-
spergunt, oleum Christus infundit. ^e Halotus autem ille, qui
boleto Claudianam apotheosin procuravit, Prægusta-
tor itidem & Infertor fuit: quæ ministerij coniunctio
non videtur perpetua fuisse. Vini Infertorem lepidè ex-
pressit Horatius;

— ut Attica virgo

Cum sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes,
Cacuba vina ferens: Alcon, Chium maris expers.

His de Triclinio ministris LECTISTERNIATORES accensiti
sunt. ^g Plautus,

Tibi hoc præcipio, ut niteant edes, babes quod facias: pro-

H 3 pera,

pera, intro abi:

Tu es lo Lectisterniator.

^{c Lib. 3. deira cap. 25.} Seneca; parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui eroga-

ea, aut turbatus thorax, aut mensa negligentius posita. MEN-

^{b lib. 3. Sat. 3.} SARVM DETERSORES. Horatius,

— puer altè cinctus, acernano

Gausape purpureo mensam pertersit.

^{c Lib. 14. 144.} cui rei spongia aptior fuit. Martialis:

Hac tibi sorte datur, tergendis spongia mensis

Vilis, expresso cum leuis imbre tumet.

^{d Menachm.} hinc factum nomen Parasito apud Plautum, peniculi;

— quia mensam (inquit ipse) quando edo, detergeo.

Peniculi enim spongiae sunt, inquit Fessus, & pro spongia

peniculum usurpauit. Sedulius,

— quin insuper haustum

Cum peteret sitiens, unus de plebe nefanda

Peniculo infusum, calamo porrexit acetum.

^{f lib. 2. Met.} Nec non & qui LVMINA sub noctem INFEREBANT, Ap-

puleius; iam illatis luminibus, epularis sermo percrebuit.

^{g Lib. 16.} Ammianus: malignitate simili quidam Agens in rebus in

Hispania, ad cœnam itidem invitatus, quum inferentes vespertina lumina pueros exclamasse audisset ex usu, VINCAMVS &c.

^{b Lib. 2.} Athis, luxus, & vilitas opum, statuas substituit. Lu-

cretius;

Si non aurea sunt iuuenum simulacra per ades.

Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,

Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur.

Quæ Coquus elaborauerat, collocabat STRVCTOR. Pe-

tronius: superq; proprium conuenientemq; materie Structor

imposuerat cibum. Et hunc famulitij ministerialis præsu-

lem

Iem videtur constituere. Macrobius: inter hac seruilius ^{a lib. 1. ca. viii.} moderator obsequij, cui cura vel adolendi Penates, vel struendi penum, & domesticorum actuum ministros regendi, admonet dominum, familiam pro solemnitate anni moris epulatam.

^b Virgilium autem imitatur Macrobius,

^{b Lib. 1. Act. 2.}

Quinquaginta intus famula, quibus ordine longo

Cura penum struere, & flammis adolere Penates.

ubi Seruius; struere, ordinare, componere. unde & Structores dicuntur ferculorum compositores. Donatus vero procul- rationem Cellarij, & deorum Penatium cultum inter- pretatur. quæ sequuntur,

Centum aliae, totidemq; pares atate ministri,

Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.

de Infectoribus & Pocillatoribus accipe. Structoris e-

nim erat componere & seruare fercula, non inferre. hic

^c τεπτζονοὶς, & τεπτζοίμ. à Græcis dictus est, ut apud

Athenæum vidimus & Clementem Alexandrinum.

de eodem Seneca: quare ars est apud te ministrare: nec te

merè, & ut libet, collocatur argentum, sed peritè struitur, &

est aliquis scindendi obsonij magister? sessorem hic habe-

mus, eumque unà cum Structore producūm, uti & a-

puclfluenalem,

^{c Lib. 4.} Structorem interea, ne qua indignatio desit,

^{d lib. 3. Pad.} Saltantem spetes; & Chironomonta volantè

^{e De vita best.} Cultello, donec peragat dictata magistri

Omnia: nec minimo sanè discrimine refert

Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.

Meminit & Petronius: processit statim Scissor, & ad sympho-

niam ita gesticulatus lacerauit obsonium, ut putares Darium

hydraule cantante pugnare. CARPTOR idem qui Scissor

^{f Sos. 3.} H 4 fuit.

fuit. Petronius; nec minus & Trimalcio eiusmodi methodio
a sat. 9. latus, carpe inquit. processit statim Scissor. "Iuuenalis;

— audiet & que

Finixerunt pariter Librarius, Archimagiri,

Carptores —

^{b lib. 2. Met.} DIRIBITORES, qui apud ^b Appuleium leguntur; Diribito-
res plusculi splendide amicti, fercula copiosa, puellæ scitula mi-
nistrantes, pueri calamistrati, pulchre indusiati. Panem for-
san diribebant: & videntur mutuati appellationem à
Comitibus, & Iudicarijs Diribitoribus. Fuit autem
penes aliquem seruorum Tricliniarium hæc panis dis-
tributio. "Iuuenalis eleganter, ut solet,

Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.

Ecce alius quanto porrexit murmure panem

Vix fractum, solida iam mucida frusta farinae,

Quæ genuinum agitant, non admittentia morsum.

Sed tener & niueas molliq; silagine factus

Seruatur domino. —

^{dedit T. Vr-} Et hoc pertinent illa Petronij: circumferebat Aegyptius
puer cibano argenteo panem. Promebant autem è cani-
stris statutis in ipso Triclinio, ut indicat antiqua Sigma-
tis d' sculptura, quæ Romæ trans Tiberim visitur, è regi-
^{e Sat. prox. cit.} one ædis D. Chrysogoni. ideoque Iuuenalis,

— finge tamente

Improbulum, supereft illic, qui ponere cogat.

Vis tu consuetis audax conniuia canistris

Impleri, panisq; cui nouisse colorem?

^{f Lib. 1. Am.} f Virgilii,
Dant famuli manibus lymphas, Cereremq; canistris
Expediunt. —

ubi

ubi hæc Donatus; hic dispositionem familie regalis ostendit.
alij enim, hoc est viri, aquam abluendis manibus dabant, alij
mantilia porrigeant, quibus manus abluta tergerentur, alij
canistris panem ministrabant, mos enim fertur apud veteres
fuisse, ut panis non argenteis vasculis inferretur, sed canistris,
hoc est speciebus factis ex vimine. At ex his Donati verbis
elicimus, in Petonio pleraque legi, quæ luxum refe-
rant non vulgarem & tritum, sed Imperatorium, &
summae interluxuriosos fortunæ; quale est quod de cli-
bano argenteo vidimus. PRAEGVSTATORES non nihil
^{a lib. 12. An-} ex herilibus edulijs præmandebant. Cornelius Tacit
tus: cuius minister è spadonibus fuit Halotus, inferre epulas
& explorare gustu solitus. ^{b Lib. 4.} Arnobius; curat ut ad sensum
palati, suis cum incunditatibus veniant rerum incorruptarum
sapores: & an rite pulmenta condita sint. Prægustatoris fungi-
tur atq; experitur officio. inuehitur autem his verbis in
Lateranum Deum focorum. Et hinc docemur, non in
gratiam tantum vitæ tuendæ, sed & voluptatis gulæque
causa institutos fuisse Prægustatores. "Iuuenalis tamen
^{c Sat. 6.} ad prius illud munus respexit;

Mordeat ante aliquis, quidquid porrexerit illa

Que peperit: timidus prægustet pocula Papas.
quod quidem præmordendi munus fecit fortasse, ut an-
tiquus Grammaticus illa eiusdem poetæ

^{d Sat. 7.} Discipuli custos præmordet Acænonetus.
de Papate interpretatus sit. Horatius voluptariam præ-
gustatoris operam tetigit in fabella de rustico & urba-
no mure:

Ergo ubi purpurea porrectum in ueste locauit
Agrestem, veluti succinctus cursitat hospes,

I Conti-

LAVR. PIGNOR.

*Continuantq; dapes, nec non vernaliter ipsis
Fungitur officijs, pralambens omne quod afferit.
apud Cæsares procuratio Prægustatorum Liberto de
more demandabatur. Vetus elogium Romæ,*

DIS. MANIBVS

TI. CLAUD. AVG. LIB

ZOSIMI. PROCVRAT

PRAEGVSTATORVM &c.

Vt & vini censura in epulas dominicas, quod notauit
a Lib. 14. ca. 6 *Plinius. Et quoniam escaria vasa aurea fuerunt & ar-*
b lib. 22. de manum. ref. *gentea, ideò minister fuit ARGENTO præpositus, cuius*
c lib. 3. Ped. *meminit b Africanus ICs. AVRO præpositorum meminit*
'Clemens Alexandrinus, οἱ δὲ χρυσοφυλακοῦσιν ὡς χρύπες.
præpositorum auro ESCARIO mentio extat in vetere in-
scriptione, quam vidimus Romæ in hortis IVLII III.
Pont. Max.

DIS MANIB
GAMVS AVG. L. PRAEP. AVRI
ESCARI FECIT SIBI ET
FLAVIAE TYCHE CONIVGI
BENEMERENTI &c.

argentum ESCARIVM recensuit Donatus, enarrans illa
d Lib. 1. Ann. d Virgilij, *argentum ESCARIVM recensuit Donatus, enarrans illa*

*Ingens argentum mensis, cælataq; in auro**Fortia facta patrum —*

inquit enim; idcirco adiecit mensis, ut ostenderet escariū ar-
gentū, ne putaretur in q̄s speciebus esse, quæ longe essent ab usu
mensarū. cælataq; in auro fort. fac. hic multiplex argenti
laudatio, nam fuit ingentis forma, perindeq; magni ponderis,
insignitum auro, & decorare mirabili, manu vero artifici orna-

DE SERVIS.

sum, ut ars cum speciei precio certare videretur. In veteri
marmore legitur. Præpositus auro GEMMATO, de quo
Iuuenalis,

*— tibi non committitur aurum,**Vel si quando datur, custos affixus ibidem,**Qui numeret gemmas, unguesq; obseruet acutos.*

Fuit & ministerium argenti POTORII. Romæ legerunt
viri docti, ossa

VIBIAE. SVCCESAE. LIVIAE. AVG. SER.

AB. ARGENTO. POTORIO. &c.

VIATORII præterea & BALNEARIS meminit b ICs. SCAENICI
b L. 42. de auro & arg.
mentio extabat olim Romæ in hortis Carpensis.

T. AELIVS. AVG VSTORVM. LIB. A
c L. 30. de auro & arg. leg.
MEMPTVS. AB ARGENTO SCAENI

CO & rel.
Erat autem argentum Scænicum, quo dominus non teme-

rè utebatur, sed commodare ad ludos, & ad ceteras apparati-

nes solebat, ut c Alfenus interpretatur. Vasa ipsa qui TER-
d L. 30. de auro & arg. leg.
GERENT & LAVARENT, huius cohortis manipulares vi-

dentur fuisse. Iuuenalis eorumdem meminit;

*Hospite venturo aessabit nemo tuorum.**Verre pavimentum, nitidas ostende columnas,**Arida cum tota descendat aranea tela,**Hic lauet argentum, vasa aspera tergeat alter.**Horatius:**Magna mouent stomacho fastidia, si puer unctis**Tractauit calicem manibus, dum furtaligurit:**Siue grauis veteri cratera limus adhæsit.*

Nunc MINISTRATOR dicendus est. huiusmodi in anti-
quis marmoribus nominantur AMARANTHVS AVGUSTI

MINISTRATOR TURRANIANVS. ERASTVS & ANSIO CAESA-
RIS MINISTRATORES. Petronius, Vinum dominicum mini-
a Epist. 47.
b Lib. 2. Met. stratoris gratia est. "Seneca: alius vini minister in mulie-
brem modum ornatus, cum atate luctatur. Appuleius au-
tem hæc Senecæ explicans, pueros calamistratos, pulchrè
indusiatos, gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter
offerentes, notatuit, nimurum hic fuit muliebris ornatus;
indusiatum esse, & calamistratum quempiam. Idem
c Ep. 95. "Seneca: transeo pistorum turbam, transeo ministratorum,
per quos signo dato ad inferendam cænam discurritur. Neque
sanè temerè coniungit hic noster pistores & ministrato-
res, cum & in Notitia (ut vocant) Imperij, sub disposi-
tione viri Sp. Comitis Castrensis, ministeriales domini-
ci recenseantur, ad quos indicandos, inter Comitis in-
signia, mensa panaria & vinaria aliquot vasa conspi-
d Cesare c. 49.
e lib. 10. Met. untur. Porro, qui vinum ministrabat, à a Suetonio ad
CYATHVM & VINVM appellatur, ab e Appuleio POCILLA-
f Sat. 13. TOR, à Iuuenale ad CIATHOS, in veteri epitaphio à PO-
TIONE.

TI. CLAVD. AVG. LIB.

GRATIO. LIVIAE

AVG. SER. A. POTIO

NE. S. T. T. L.

g LL. Salic.
Tit. 11. edit.b Basili.b Athenaeus& Lucian.i Lib. 8. sc.

à Gallis SEANTIO. Græcis OINOXOOC. hic vinum præ-
gustabat. i Martialis de Alexi Virgiliano:
Adstabat dominis mensis pulcherrimus ille,
Marmorea fundens nigra Falerna manus;
Et libata dabant roseis Carchesia labris.
hic idem qui à potionē, fuit & à LAGENA seu LAGVNA: &
confirmat antiqui marmoris elogium,

M.

M. VLPIO. AVG. LIB

PHAEDIMO. DIVI. TRAIANI. AVG

A. POTIONE ITEM. A. LAGVNA. ET
TRICLINIARCH. LICTORI. PROXIMO. ET
A. COMMENT. BENEFICIORVM &c.

vas enim vinarium fuit lagena. Prægustatores autem
voluptati & securitati dominorum inseruiebant: illi,
temperando ad blanditias gustus: huic, prælibando ad
insidias cauendas. Ethoc demum seruū fuit, & solidum
ministerium prægustatoris; quo fit ut a Cornelius Tac-
a Annal. 11. 18.
tus prudentissimus scriptor, ad hoc indicandum utatur
verbo explorandi. Neque verò defuit CALIDAE GELI-
DAEQ. minister, ut appellat b Iuuenalis. c Seneca; inde &
illud sequitur, ut minimis sordidisq. rebus non exacerbemur.
b Sat. 5.
c lib. 2. de ira.
cap. 25.
parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut tur-
batus thorax, aut mensa negligentius posita. ibidem; perpeti-
etur hic famem, & astua expeditionis sitim, qui puero male
diluenti niuem irascitur? Et quoniam ab his templis Bac-
chi Cererisque, non æquè aberant muscæ, ac ab æde
Herculis in foro boario absuisse, memoriam traditum est;
ideo minister, qui MUSCAS FVGARET in triclinio fuit.
d Martialis;

d Lib. 3. 40.
Et astuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello,
Fugatq. muscas myrtle a puer virga.

e Seneca: quid enim est? cur tu sis alicuius, cur sternutamen-
sum, aut musca parum curiosè fugata, nos in rabiem agat, aut
versus calix &c. Eiusdem ordinis videtur fuisse puer à
MATELLA. f Martialis,

f Lib. 3. 40.
Digitis crepantis signa nouit Eunuchus.

I

3 Matel-

^a Athenaeus
lib. 12.
^b Epist. 77.

^c Lib. 1. El. 2.

Matellam videlicet poscentis ex instituto Sybaritarū.
Nescio quid huiusmodi ministerij tangit ^b Seneca : ut
primum iussus est fungi seruili & contumelioso ministerio (af-
ferre enim vas obscenū iubebatur) illis sum parieti caput ru-
pit. Ceterum hic digitorum sonus alios etiam ab his fa-
mulos exciuit, ut coniijcimus. Velius Longus ; nam &
digitorum sono pueros ad respondendum ciemus. utebantur
autem & ad alia promiscue. Tibullus :

Non labor hic ludit, reseret modò Delia postes,
Et vocet ad digitum me tacitura sonum.

Ceterum popysmata, sibili, & digitis expressi soni, qui-
bus accersebantur famuli, cum sint rationis expertes
^{d lib. 1. Peda.} significationes, ex sententia ^d Clementis Alexandrini,
ratione præditis hominibus omnino vitanda sunt. I-
^{e lib. 1. mira-} deoque apud ^e Gregorium Turonensem Mummolus
^{cult. 40.} calculos, tangens unum puerorum, voce tenui vasculum
postulat exhiberi. Ethoc erat quod Martialis signum vo-
cauit (ut vidimus) digitum crepantis, & argutias pollicis, ali-
bi, crepitumq; digitorum. Petronius graphicè : cum has mi-
raremur lauicias, Trimalcio lautissimus homo digitos concre-
puit, ad quod signum matellam spado ludenti supposuit. exone-
rata ille vesica, aquam poposcit ad manus, digitosq; paululum
aspersos, in capite pueri tergit. Quid autem mouerit domi-
nos, ut voci parcerent, etiam cum ministeria citarent,
ego quidem non video, nisi dicamus, hoc illis visum
esse fastigium dominicæ dignitatis, vocem non conso-
ciare, sed quidquid opus esset, nutu aut manu signifi-
care. Ad hanc dominicam gesticulationem (digito-
rum siue manuum) referre possumus, quæ leguntur a-
^{f Psalm. 183.} pud Regem & prophetam ^f Dauidem, vertentibus no-

stris;

stris ; ecce sicut oculi seruorum in manibus (Græcè aptius eis
χεῖρας) dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus do-
minæ sua &c. Quod enim hæc ^a Iohannes Campensis de ^{a in paraphr.}
diurno, seu demenso accepit; ^b alij de patrocinio, id ^{b lib. Bape.}
mihi quidem non æquè placet, ac prior ille sensus, qui ^{Folengus.}
& ^c Genebrardo enarratori optimo non displicuit. De ^{c r salm cit.}
nutu intelligenda sunt, quæ extant in capitibus accusa-
tionis Tribuniciæ, in P. Scipionem Africanum, apud
^d Liuum; unum hominem caput, columenq; Imperij Romani ^{d Lib. 38.}
esse : sub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum
latere : nutus eius pro decretis Patrum, pro Populi iussis esse.
Ad quam imperandi normam directum videtur pul-
crum illud sadagium, πᾶς οἰκανότης οὐ γλωπύ μονοτύλα βού. ^{f apud Ada-}
Epulanti domino adstabant pueri AD PEDES, inde ap- ^{giogr.}
pellationem nañti. ^g Seneca : seruus qui cœnanti ad pedes ^{g lib. 3. de Be-}
stierat, narrat que inter cœnam ebrius dixisset. ^h Suetoni- ^{h nef.}
us ; nibilo reuerentior, leniorue erga Senatum. quosdam sum- ^{b Calig. ca. 26.}
mus honoribus functos, ad eßedum sibi occurrere togatos per a-
liquot passuum millia, & cœnanti modò ad pluteum, modò ad
pedes stare, succinctos linteo passus est. De Caluisio Sabino
stulto diuite hæc ⁱ Seneca ; habebat ad pedes hos, à quibus
subinde cum peteret versus quos referret, sapè in medio ver-
su excidebat. Ethos ego ^j Ciceroni CIRCUMPEDES appell. ^{k in Verr. 2.}
lari cōijcio : seruos artifices pupilli cum haberet domi, circum-
pedes autem homines formosos & litteratos. Litteratos qui-
dem, ut habuit Caluisius ; formosos, ut plerique omnes
è se ñta hominum beatorum, qui pueris forma insigni-
bus non triclinium modò, sed & coquinam referserant,
ⁱ Martialis, ^{l Lib. 10. 66.}
^{imp.} Quis rogo tam durus, quis tam fuit ille superbus,

I 4 Qui

splendor, quæ species triclinij ipsius, nemo melius^a Philone expressit. Scribit enim, triclinia lectos habent ebur ^{ad ebita templa} templi, stratos auro, intertexta purpura, vel alij floridis coloribus varijs, oculos allcentibus, poculorum etiam vum magnam, digestorum per suas species. præsto sunt enim scyphi, calices, phialæ, thericlea, toreumataq; clarorum artificum; ministribus formosis MANSIPIIS, non tam ad præsens ministerium quæ sitis, quam ad exhilarandos aspectu conuiuis oculos. ex his minores pueri PINCERNAS agunt, grandiores AQVAM afferūt, loti & nitidi fucatig; ac cincinnatuli, alunt enim CAPILLII. V. vel omnino INTONSI, vel à FRONTE tantum præsectis in orbem crinibus, tenuissimas candidasq; præcincti TUNICAS, anteriore parte ad genus demissas, posteriore ad poplites, atrimq; mollibus tenijs adstricti commissuras tunicae, propenantibus ad latera sinibus. sic ornati adstant nutus obseruando, quid quisq; postulat. adsunt & alij adolescentes prima lanagine malas vestiti, qui paulo ante amatorum suorum delicie fuerant, curiose docti grauiorius momenti MINISTERIA; mera ostentatio magna opulentia. Hæc ille, sed Latinè redita.

¶ Seneca & ipse concinnè satis: Conuinia me hercule horum ^{b de breuitate cap. 12.} non posuerim inter vacantia tempora, cum videam quam solliciti ARGENTVM ordinent, quam diligenter EXOLETORVM suorum tunicas succingant, quam suspensi sint quomodo aper à coco exeat, quanta celeritate, signo dato, GLABRI ad ministeria discurrant, quanta arte SCINDANTVR aues in frusta non enormia, quam curiosè infelices pueruli ebriorum spuma DETERGEANT. ex his elegantiæ lauitiæq; fama captatur; & usq; eo in omnes vitæ successus mala sua illos sequuntur, ut nec bibant sine ambitione nec edant. Omnem autem hanc huiusmo-

K di ser-

LA VR. PIGNOR.

Qui iussit fieri te Theopompe cocum?
Hanc aliquis faciem nigra violare culina
Sustinet? has uncto polluit ungue comas?
Quis potius cyathos, aut quis chrystalla tenebit?
Qua sapient melius mixta falerna manu?
Si tam sidereo manet exitus iste ministros:
Iuppiter utatur iam Ganymede coco.

In quibus sanè versibus eluet Petroniana illa sub Trimalcionis nomine latens lautitia, ut enim ille digitos in capite pueri tersit, ita videtur Theopompi dominus ad eiusdem comas unguis unctos affricuisse, munditiae causa. Horum, quos ad pedes vocabant, officium fuit, soleas accumbentium dominorū custodire. ¶ Martialis:

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,
Dum negligentem dicit ad pedes vernam,
Qui solus inopi præstat & facit turbam:
Excogitauit homo sagax & astutus,
Nefacere posset tale sepius damnum:
Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

^a Lib. 12. 80.

Hos eosdem dixerunt A PEDIBVS. i Cicero; nec ullam ob aliam causam Pollucem seruum à pedibus meum, Romam misi.
¶ Martialis festiuè;

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Ethæc demum esset in sacris tabulis vera & germana statio MARIAE MAGDALENÆ, quam piatores nostri, inscrita per manus & penicillos tradita, coniurarunt, ut perpetuo contra fidem historiæ in triclinio Simoniano malè collocarent. Iam verò quæ facies ministrorum tricliniarium esset, quis cultus, quæ frequentia, qui splen-

^b Lib. 8. ad An. ep. 5.

^c Lib. 5. 70.

Serm. 101.

di seruorum operam ob oculos nobis ponet. Petrus Chrysologus: seruus namque post vigilias antelucanas, post totius diei varios & duros labores, post trepidantes & anxios concursus, & parat domino suo c&enam, & cinctus quod parauerat subministrat: non est elatus quia fecit, sed cum deuotione singula faciens contremiscit. & apponit domino suo cibos multiplices arte tota totius saporis conditos, ipse autem semicoctam nec salitam forsitan c&enulam gustaturus; porrigens crebra popula, variat calices, vina mutat, ad longissimi conuiuij fabulas longiores stat fixus, stat moueri nesciue, stat cui lassescere non licet seruituti. & cum dominus iam partem noctis insomnens deducit, peragit inquietem; seruus colligit, curat, accurat, ponit, componit, reponit, & sic in rebus necessarijs immoratur, ut nihil sibi aut parum noctis ad escam reseruet & soporem, post hec omnia nisi peruigilet in crastinum, & dominum praeuenerit dormientem, fessus indefessus manicabit ad verberas ad presentem p&enam nihil besterno subuenit ei de labore. Hactenus Chrysologus. Cecidit vero percommode, ut apud ALOYSIVM CORRADINVM I. C. hominem summam prudentiam, multam etiam doctrinam, iunculas æreas antiqui operis nastri fuerimus, quæ seruos de triclinio dubio procul effingunt, eosque pocillatores. Afferent illæ Philonis verbis non minimum lucis, dabuntque in conspectum quicquid ille de accurato CAPILLITIO, & TUTNICARVM præcinctione differuit. habebunt insuper qui perdiscendæ antiquitatis studio flagrant, quid sibi velint illa, iuuinalis;

—vitreo bilit ille priapo.

& ad ipsum antiquus Grammaticus,



76.

LAVR. PIGNOR.



77.

DE SERVIS.





Verum

Verum ne solus venter delearetur, erant in triclinio SYMPHONIACI familiares, qui sunt Luciano ^{a μαστοφυγοι.} ^{a in Cella} Seneca: in comeditionibus nostris plus cantorum est, quam ^{b Ep. 81.} in theatris olim spectatorum fuit. CHRISTVS Dominus; ^{c Luca 15.} οὐδὲ οὐδὲ αὐτὸς ἡ περιστύτερος εἰναρχεῖ. καὶ οὐδὲ ερχόμενος ἡ γειτονία, ηγετε συμφωνίας καὶ χορῶν. Cicero: animi ^{d pro Sexto} au- ^{Roscio.} rium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu, vocum & meritorum & tibiarum, nocturnisq; conuiujs totz vicinitas personet. Idem ^e auctor: cum in eis conuiujs symphonia ca- ^{f Lib. 3. Accus.} neret, maximisq; poculis ministraretur. SIDONIUS; sic ta ^{f Lib. 1. ca. 20.} men, quod illic nec organa hydraulica sonant, nec sub phonasco vocalium concentus meditatum acroama simul intonat. nullus ibi lyristes, choraules, mesochorus, tympanistria, psaltria ca- ^{g Suetonius: & aut acroamata & histrones, aut etiam g Aug. ca. 76.} nunt. triuiales ex circo ludios interponebat, ac frequentius aretalo- ^{h Sat. 35.} gos. In conuiuio videlicet. Acroamata symphoniaci sunt; Areatalogi, narratores. Iuuenalis,

— attonito cum

Tale super cœnam facinus narraret Ulysses
Alcinoo, bilem, aut risum fortasse quibusdam
Mouerat, ut mendax areatalogus. in mare nemo
Hunc abicit, sœua dignum veraq; Charybdi,
Fingentem immanes Lastrygonas atq; Cyclopas?

Ab his diuersæ acroaticæ Aristotelis commentationes. quamuis enim auditoribus cognobiles essent, continebant tamen philosophiae remotioris subtiliorisque summa quædam capita, quæ tum ad naturæ contem- plationes, tum ad dialeicticas disceptationes pertine- rent. Cornelius Nepos de Attico; nemo in conuiuio eius aliud acroama audiuit, quam anagnosten. Remissior Attico

K 4 Augu-

ⁱ Gellius lib.
20. cap. 9.

^{a Suetō. c. 78.} Augustus, qui si interruptum somnum recuperare, ut euenit, non posset, lectoribus aut fabulatoribus arcessis resumebat. ^{b Alex. Seuer. ro.} Lampridius: Nanos & nanas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata & pantomimos populo donauit. Erit huius loci admonere, symphoniacos etiam in nauifuisse, qui celeuma remigibus canerent; & per assam vocem, inquit, Asconius, id est ore prolatam, & ut in Argonauī per cytharam. Et sanè in Argō nauī testatur Hygnus, Orpheus, per cytharam celeuma modulatum esse; quod & a Val. Flaccus tetigit:

Nec verò Othrysus transīris impeditur Orpheus,
Ant pontum remo subigit, sed carmine tonsas
Ire docet, summo paſsim ne gurgite pugnent.
^{c ecod. Lib.} Idem alibi,
At ducis imperiū Minya, monituꝝ frequentes
Puppem humeris subeunt, & tento poplite, proni
Decurrunt, intrantqꝫ fretum, non clamor anhelus.
^{f Lib. 1.144.} Nauticus, aut blandus testudine defuit Orpheus.
Nauticus clamor, celeuma est ut dicemus. ^f Martialis;
Ne blando rota sit moleſta ſomno,
Quem nec rumpere nauticum celeuma,
Nec clamor valet helciariorum.

^{g Lib. 1.} Rutilius Numatianus:
His mecum pigri ſolabar tedia venti,
Dum reſonat varijs vīle celeuma modis.
Nec aliud intellexit Panegyrista nescio quis: ita in aquas
ſonte ſubeuntes impetum nauigia fecerunt, leui modo commo-
ta nixu ducentium, quorum ad felicissimum illud exordium,
magis opus erat nautico carmine, quam labore. Nauticum car-
^{h Lib. 3. Ann.} men, nauticus cantus Ciceroni est, ^b Virgilio nauticus cla-
mor.

mor, cuius illud ſpecimen teſte Seruio,
Hortantur ſocij, Cretam proauosqꝫ petamus.

Celeuma hodie noſtris moribus, voce vel parua firſtula canitur nautis. Nunc ad domēticos symphoniacos redeamus. Musicorum corpus CHORVM illi appellabant, ut ^a Seruius & ^b Icti, ſcribunt. ^c Seneca eleganter; ^{d lib. 1. Georg.} non vides quam multorum vocibus chorus conſeruit unus tamen ^{e Lib. 77. de} ex omnibus ſonus redditur. aliqua illic acuta eſt, aliqua grauia, ^{f Leg. 3. L. 34.} aliqua media, accedunt viris fæmina, interponuntur tibiae: ^{g de adit. ed.} ſingulorum illic latenteſt voceſt, omnium apparent. Ceterum neque ſine choſo CHORAVLES ſeruus, neque ſine CYTHA- ^{h Epift. 84.} ROEDO conuiuum fuit. mittamus Virgilium, Siliū, Appuleium; uno ⁱ Ammiano contenti erimus: cumqꝫ ^j d Lib. 30. apponenter exquita cupedia, & ades pulſu neruorum & articulato flatiliqꝫ ſonitu resultarent. loquitur autem de conuiuio Traiani, qui rem militarem in Armenia curabat. Cytharœdos moris erat infibulari, tum quæſtus, tum vocis gratia. ^k Iuuinalis: ^l Sat. 6.


Solutur hiſ magno Comædi fibula. ſunt que-

Chryſogonum cantare vetent.

Infibulandi rationem monſtrauit ^f Cornelius Celsus, ^{f Lib. 7. ca. 25.} qui hoc quidem ſæpius inter ſuperuacua, quam inter necessaria eſſe teſtatus eſt. cuiusmodi erat quod inſectatur, Plinius, adhibitas argenteas fibulas mancipijs ad ^{g lib. 33. ca. 120.} transitum virilitatis. mihi sanè non niſi æreas videre contigit & habere, quarum hic ſpeciem exhibeo.



L At



At quod ad figuram
Citharœ dicarū at-
tinet, iniicit sane
scrupulū vetus glo-
sator, qui ad illa. Iu-
uenalis,
— nullius fibula durat
vocē vendentis Prato-
ribus —

scriptum reliquit: fi-
bulam dicit circello, —
quos Tragædi sine Co-
mædi



mædi in pene habent. At licet sciamus glossas illas non es-
se omnino eas quibus fidem tutò habere possimus,
quod sint aliquando more centonum consarcinatae, &
coagmentatae alicubi sine ullo delectu, scrupulum ta-
men nobis eximi non ita facile patimur. Primum quia
CIDVS PANCIROLVS præceptor meus, vir optimus, & c-
ruditissimus, cuius ea vera laus fuit, ut qui eum vide-
rent, loquentemque audirent, redirent ferè doctiores
cultioresque, is inquam in commentario illo, in quo
commisit inter se præclara reperta tum æui veteris tum
recentioris, arbitratus est, hasce fibulas in eo usu fuisse,
ut uestes subnecterent. Accedit deinde, quod acus fi-
bularum nostrarum è crassitie sunt, ut perincommo-
dæ videantur transuendæ cuti. Addamus, afflatus
dubio procul ponderesuo illos, quos contigerit infibul-
ari,

lari, cum præcipiat Celsus leuiores tantum aptari, cuiusmodi una aut altera earum quas delineandas curauimus, videri possint. Circelli sane, quos antiquus Grammaticus recensuit, aptiores fuerunt, & quia leues erant, minimeque onerosi, & quia audio religiosos nescio quos Turcarum, quos illi "Calender vocant, huiusmodi annulis ferreis, seu cuprinis, addo etiam argenteis, infibulare se se, ad aucupandam apud populares suos opinionem sanctitatis. Statuamus igitur (si placet) fibulas, quarum exempla dedimus, vestiarias fuisse. Musicos autem nostros usos circellis, quos & ipsos fibulas appellarent. Et profectò fibulas, quæ apud Vegetum leguntur in veterinaria, circellarum speciem præsetulisse multa faciunt ut credam. Nostræ sanè (Musicorum dico) thecam adnexam quandoque habuerunt, quæ nudorum virilia includeret; cuius vicem suppleuit aliquando etiam Aluta. De vestiaria fibula hæc Prudentius:

*Rex ipse Coos astuante murices
Lænam reuulsa dissipabat fibula.*

reuellebatur autem acus quæ vocabatur, & meminit Trebellius Pollio: *fibulas argenteas inauratas duas. Fibulam auream cum acu cuprea unam.* de eadem fibula Chrysologus, qui Iohannem Baptistam vocat legis & gratiæ fibulam, que diploide summi sacerdotis sancto patri iungebat in pectora. Harum apud Cæsares is numerus fuit, ut inter Palatina ministeria legatur alicubi Præpositus A FIBULIS CITHAROEDAS indicant marmora antiqua in ministerio fuisse, exstat Romæ monochinijs sculptura (ita liceat appellare) in quo mulier sedens citharam pulsat.

Con-

*a Menauinus**lib. 2. cap. II.**b lib. 2. cap.
ss. c. 31.**c Martialis li.
11. 76. lib. 7.
81.**d lib. 7. 34.**e Hymno ieiunant. quem
imitatus est**f Claudio.**g Serm. 91.**h Alimus Au-
tus lib. 4. c. 12.*

Confirmat vetus elogium, Auxesis & Nerifi (minus ingenuorum nominum) muliebria hæc studia, psallendi & oblectandi aures, viguisse olim & placuisse. Mentio utique apud Horatium,

*virentis &**Docta psallere Chie*

ministeria nostra proprius tangit. ut & scitissimi utriusq; sexus canentes & psallentes, quos adolescens è terra Asia, apud Gellum habuisse scribitur: pueri nimirum ac puellæ.

*D.**M.*

AVXESI CITHAROEDAE
CONIVGI OPTIMAE
C. CORNELIVS NERIFVS FECIT

ET SIBI


Has alij psaltrias, fidicinas, citharistrias appellant. Prudentius hoc ministerium tetigit eleganter,

*Num propter lyricæ modulamina vana puella,
Neruorumq; sonos, & coniuiale calentus*

Carmen nequitiae, patulas Deus addidit aures?

Citharæ autem species enumerat Isidorus psaltria, lyras, barbita, & alias quadrata forma: nec non & trigo-nali. Nos hic aliquot delineandas curauimus, rariores illas quidem, sed & studiosis antiquitatis adiumento futuras, ad cognoscendas testudinis partes, latera, ca-cumina, brachia, humeros, scapulas, peccines, modu-lum, tympanum.

*alib. 4. carm.
Ode 13.**b lib. 19. ca. 9.**e Bamarig.**d lib. 3. orig.**L 3 Et*



Et licet Minerua tibias abiecerit, quod vultum inflantis deformarent, non defuerunt tamen TIBICINAE, quæ abiectas tollerent. *Plautus:*

*Post ut occipi narrare, fidicinas, tibicinas,
Sambucinas aduexit secum forma eximia.* —

TIBICEN autem & FIDICEN, qui Duillio præbant, à cœna domum reuertenti, an serui fuerint nec ne, alij videbant. Ego sane non dispicio quid prohibeat, familiares & vernaculos fuisse. Cum præsertim è grege domesticorum FISTULATOR amanuensis, concionanti *Graccho* eburneolam fistulam inflaret, ad quam ille vocem ac gestum componeret, huius sanè ordinis fuit puella ex Hebræis, in regio conuiuo calamos inflans apud Abdi-

*B. Cic. 3. de O.
res.*

Abdiam. SAMBUCINAE sunt, quas *b* Livius noster sambucistrias appellat. Sambuca autem fuit organi genus, in quo cordæ intendebantur, ut ait Festus, quamuis *I*sidorus nescio quid de tibis innuat. Neque desideratæ sunt in conuiujs CROTALISTRAE. *d* Propertius;

Nile tuus tibiæ erat, crotalistra Phyllis.

Crotalum autem (ut & alias monuimus) perperam cōfundit eum Sistro vir doctus. Figurâ primum variabant omnino, hoc enim erat oblongum, manubriatum in ima sui parte, cancellatum traiectis virgulis, & ut uno verbo dicam, laminæ, & præterea nihil; Illud (si Eustathio credimus) vas è testa, ligno aut ære, quod manibus tenebatur. videtur autem collisum, sonitum edidisse, ut indicat Plinius de margaritis loquens : *sub-fib. 9. cap. 36.* *e lib. A.* *e lib. 9. cap. 36.* *cum luxurie eius nomina, & rada exquisita perditiore portatu, siquidem cum id fecere, crotalia appellant, seu sono quoq; gaudent, & collisu ipso margaritarum.* Calamus certè scissus, cuius meminit & interpres Aristophanis, huius loci *in Nebulis.* non est. Dirimet autem hanc controversiam Sistri figura, quam hic apponemus, cum nescio quibus alijs crepitaculis, de promptis ex antiquis monumentis, quæ nos proximè ad crotalum accedere arbitramur. damus & tibias, & fistulam, & utriculum ; in quibus benevolus spectator studium nostrum & qui bonique consulat,


a Lib. 9. b. lib.

Apof.

b Lib. 9.

c lib. 3. orig.

d Lib. 4. cl. 9.



At crotali crepitus onocrotalo cui nomen videtur imposuisse, quod vocem forsan edat ciconiæ similem, quam & ipsam crotalistriam appellavit Petronius, at Aegyptij crotalum, si Ioanni Sarisberiensi fidem velimus habere, qui & addit; *crotala quoq; dici sonoras sphærulas, que quibusdam granis interpositis, pro quantitate sui, & specie metalli, varios sonos edunt.* Hæc ferè omnia symphoniacorum organa complexus est^b Petrus Chrysologus; venit pietatis illa, non voluptatis exhibitura conuiuum: deniq; & paenitentia ponit mensam, fercula compunctionis apponit, panem doloris infert, potum lacrymis temperat in mensura, & ad delicias Deitatis totas, totam pulsat cordis sui & corporis symphoniam. Organi planctu dat clamorem, citharam per suspiria longa modulatur, gemitus aptat in fistulam, & dum pectus ipsum conscientiam arguens sepè percudit, facit placitura Deo cymbala personare. Cymbala eius figuræ erant, qua cotyledonis folia sunt, ut testantur ^c Dioscorides & ^{c Lib. 4.} Scribonius Largus; Latini umbilicum Veneris vo- ^{d cap. 55.} cant. Coxendicibus assimilat ^{e Lib. 25. cap. 11.} Plinius, acetabulis dorus. Ambabus enim manibus (erant enim manubriata vel ansata in extima convexitate) apprehendebantur, & complosa concussaque sonitum edebant tinniebantque. tinnitus enim cymbalorum proprius fuit. ^{f Lib. 3. Orig.}

^{g de nupt. Pol. & Theb.}
Catullus de Satyris & Silenis,
Plangebant alij proceris tympana palmis,
Aut tereti tenues tinnitus are ciebant.

^{b lib. 4. Georg.}
^{i lib. 3 Fastor.}
Virgilius:
Tinnitus q; cie, & matris quate cymbala circum.
Ouidius;
Liba Deo fiunt: succis quia dulcibus idem

M Gaudet,


Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.
 Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro,
 Non habet ingratos fabula nostra iocos.
 Iamq; erat ad Rhodopen, Pangæag; flumina ventum,
 Aerifer & comitum cum crepuere manus.
 Ecce noua coeunt volucres tinnitibus actæ,
 Quosq; mouent sonitus, æra sequuntur apes.
a lib. 3. Me-
sum.
 Idem alibi collisionem cymbalorum tangens;
 Quis furor anguigena, proles Mauortia, vestras
 Attollit mentes? Pentheus ait. æra ne tantum
 Aere repulsa valent?

b lib. 8. Me-
sum.

de tinnitu^b Appuleius: inibi vir principalis & alias religiosus, & eximie déum reuerens, tinnitu cymbalorum, & sonitus tympanorum, cantusq; Phrygij mulcentibus modulis excitus, &c. Arnobius; etiamne aris tinnitibus & quassationibus cymbalorum? etiamne tympanis? etiamne symphonij? quid efficiunt crepitus scabillorum? ut cum eos audierint numina, honorificè secum existiment actum, & feruentes animos irarum obliuione deponant? Quod ergo D. ^a Paulus scripsit:
d Epist. 1. ad
Corinib. c. 13. γέγονα χαλιὸς ἵχων ή κύμβαλον ἀλαλάζον, rectè versum Latinè est, factus sum velut as sonans, aut cymbalu tinniens. ad organi sanè cauam inanitatem respexit Nemesianus:

Pronus at ille lacu babit, & crepitantibus haurit
 Musta labris: aliis vocalia cymbala mergit,
 Porrò mulieres, quæ cyimbala quaterent, pro analogia vocabimus CÝMBALISTRIAS, vidimusque eas sæpè ac sæpius Romæ in sculpturis Bacchanalium sacrorum, & quibus hæc damus.

Hinc



Hinc autem appareat quomodo cymbala colliderentur. quod intelligens Amalarius Fortunatus scriptum reliquit, cymbala inuicem tanguntur ut sonent: ideo à quibusdam tabüs nostris comparata sunt. Materia cymbalorum fuit ex ære; quod licet satis pateat ex ijs, quæ supra retulimus, ^b Martialis tamen etiam disticho illustrabimus;

CYMBALA.

Aera Celeneos lugentia matres amores.

Esuriens Gallus vendere sæpè solet.

An verò Naulia cymbalorum figurâ essent, non est admodum dictu facile. Ouidius sanè tangit nescio quid quod hoc referri possit:

M 2 Disce

Disce etiam dupli genitalia Naulia palma
Vertere, conueniant dulcibus illa iocis.

Athæc valde implicata sunt, egentque aliquo Alexan-
dro, qui non gladio dissecet, sed explicet calamo & dis-
soluat. Tympana qualia essent, antiqua numismata
indicant, in quorum auersa parte Cybele mater Deum
tympanum in sinu gerit, vel eidem innititur. Eximè
alib. 9. ca. 35. descriptis ^a Plinius de margaritis scribens ; quibus ana-
tantum est facies, & ab ea rotunditas, auersis planicies, ob id
b Lib. 3. Orig. tympana nominantur. Quæ imitatus ^b Isidorus : tympanum
autem dictum, quod medium est, unde & margaritum medium
c loco cit.
d lib. 4. Fab. tympanum dicitur. Erant autem, ut scribit idem ^c Isido-
rus, pelle vel corio superinducta. ^d Phædrus :

Galli Cybeles circum quæstus ducere
Afinum solebant bainulantem sarcinas.
Is cum labore & plagiis esset mortuus,
Detracta pelle sibi fecerunt tympana,
Rogati mox à quodam delicio suo,
Quidnam fecissent, hoc locuti sunt modo :
Putabat se post mortem securum fore,
Ecce aliae plaga congeruntur mortuo.

Hæc autem virgula percutiebantur aliquando ; ideo
plagatum meminit Phædrus, aliquando manu impel-
e lib. 4. Met. lebantur. ^e Ouidius :

Fæmineæ voces, impulsæq; tympana palmis.

^f De Aty. ^f Catullus,

Nueis citata cepit manibus leue tympanum,
Tympanum, Tubam, Cybele tua mater initia :
Quatiensq; terga tauri teneris cava digitis
Canere hac suis. —

Sueton.


^a Suetonius : sed & populus quondam uniuersus ludorum die, ^a Augusto ca-
& accepit in contumeliam eius, & assensu maximo comproba-
uit versum in scena pronunciatum de Gallo matris Deum tym-
panizante, ^b Vides ne ut Cynædus orbem digito temperet ?
huc allusit Ausonius in Pythagorica acroasi de viro bo-
no ; ^c Sit solidum quodcumq; subest, nec inania subest
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.

D. ^b Augustinus ; plaudat nunc organis Maria, & inter ve-
loces articulos tympana puerperæ concrepant. Tympani so-
nitum. ^b Serm. 18. de
^c Catullus expressit elegantissime ut omnia,
^{c loco cit.}

Vbi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant. &
Leue tympanum remugit, cava cymbala recrepant.

Porro forma tympani hæc fuit, quam exhibemus, pri-
ma facie cribrum referens, ut non immixtò legamus
in iudicio coci & pistoris,

Tympana habet Cybele : sunt & mihi tympana cribri.



M 3 E

Est verò notandum, organum illud, cuius orbis bracteolis & orbiculis insignitur, à nostratis cymbalum vocari eadēm prope licentiā, quā A.^a AVGUSTINVS tympanum crotali nomine, & ^b VINC. CARTARIVS sistrum cymbali appellatione designarunt. Apud ^c Virgilium autem quæ essent *tympana* plaustrorum (ut & hocobiter tangamus) ineptè declarauit Seruius, siue alias quispiam Seruui nomine. Egregiè Iun. Philargyrius, rotas ex solidis tabulis factas interpretatur, cuiusmodi Romæ visuntur in antiquis monumentis, quæ ^d alij ante nos delineanda curarunt. Tympana pulsabant ^e TIMPANISTRAE. Sidonius de cœna Theodorici : *sane intromittuntur, quamquam raro, inter cœnandum mimici sales, ita ut nullus coniuia mordacis linguae felle feriatur. sic tamen, quod illic nec organa hydraulica sonant, nec sub phonasco vocalium concentus meditatum acroama simul intonat, nullus ibi lyristes, choraules, mesochorus, tympanistria, psaltria canit.* Meminit & regius ^f Psaltæ iuuencularum tympanistarū, & D.^f Augustinus. At quando toti nunc in his sumus, scribamus & de organo aliqua, lucem Chrysologo & Sidonio allatura. Organum *vocabulum est generale vasorum omnium musicorum*, inquit ^g Isidorus, *hoc autem cui folles adhibentur, alio Graci nomine appellant: ut autem organum dicatur, magis ea vulgaris est consuetudo Graecorum.* Et ad hanc Isidori regulam *organicos* vocat cytharœdos ^h Lucretius, *organa cytharas iuuenalis.* Antiqui autem organa sua quandoque follibus, quandoque animabant aqua. imò & hydraulica ipsa, follibus non caruerunt. ⁱ kin panegyr. Porphyrius;

^j dico Constan-

^k ino Aug.

Hacerit in varios species aptissima cantus,

Perg

Perq^z modos gradibus surget fœcunda sonoris,
Aere cauo & tereti, calamis crescentibus aucta.
Quis benè suppositis quadratis ordine plectris
Artificis manus in numeros claudit aperit q^z,
Spiramenta probans placidis benè consona rhythmis,
Sub quibus unda latens properantibus incita ventis,
Quos vicibus crebris iuuenum labor hand sibi discors
Hinc atq^z hinc animaq^z agitant. —

Hæc qui tractabat HYDRAVLES & ORGANARIVS dicebantur. Spiritalia sanè nostra & pneumatica ideo videntur præualuisse, quod aquariorum organorum non esset facilis ratio, ut inquit ^a Vitruvius. Incertus quidē b autor in annales Gallicos retulit, anno Domini DCCCXXVI, Georgium quendam presbyterum de Venetia organū hydraulicum Aquisgrani fecisse. quod arguento sit, aut desisse prorsus iam tum, aut minus fuisse in usu. Nos huius generis organum Romæ vidimus, in Quirinali in hortis Pontificiis, audiuimusque non sine comitum admiratione, cum musicos modos variaret, nemine plectra manu tangente. Recipiebat verò sese domum à cœna luxuriosissimus Imperator ^b Gallienus ad ^c Capitolinus organum, cum ad tibicinem processisset. Ceterum ^d Sidonius nonnulla eorum, quæ nos recensuimus, ita expressit;

Iuuat & vago rotatu
Dare fracta membra ludo:
Simulare vel trementes
Pede, veste, voce Bacchus.
Bimari remittat urbe
Thymelen Palenq^z doctas

Tepidas ad officinas
Citharistrias Corinthus:
Digiti quibus canentes
Pariter sonante lingua
Vice pectinis fatigent
Animata filia pulsu.

M 4 Date

^a lib. 10. ca. 13.
^b Collection.
^c Iturbæ.

^d Lib. 9. ep. 13

Dateq; era fissulata

Satyris amica nudis.

Date rauulos choraulas,

Symphoniaci autem (ne nimis diu exorbitemus) ali-

quando fuerunt & alij de triclinio serui. Apud Petroniu-
m siquidem, pueri ad pedes, & pocillator cantant, ita ipso

quo fungebantur munere paronychia tollendi & vinum mini-

strandri. Imò &, quod ex eodem Petronio discimus, mi-

nisteria in triclinio singula ad symphoniam exequi mos

suit. Ita Trimalcio ad symphoniam illatus in conuinium est,

Diribitores symphonia strepente paleam scrutantur, Gustatoria

choro cantante rapiuntur, ad symphoniam tripudiantes supe-

riorem partem repository auferunt, Scissor demum, ad sympho-

niam gesticulatus, obsonium lacerat, quod & Iuuinalis

cum stomacho animaduertit. Imò & Pacuvius nescio

quis apud Senecam ad symphoniam in cubiculū refe-

rebatur à cœna quotidie. O Duillios patinarios! At hæc

ministeria ideò comparata sunt, ut ne silerent: ceteris

indictum eo usque silentium est, ut ne mutire quidem

liceret. Seneca; at infelibus seruis mouere labra ne in hoc

quidem ut loquantur licet. virga murmur omne compescitur,

& ne fortuita quidem verberibus excepta sunt; tussis, sternu-

tamenta, singultus; magno malo ulla voce interpellatum silen-

tium luitur; nocte tota ieuni mutiq; perstant. Imitatus est

Senecam & Macrobius, qui & hos animos dominorum

tyrannicos luculenta oratione proscidit. Idem Seneca;

quid flagella media cœna petis, quod serui loquuntur, quod non

codem loco turba concionis est, & silentium solitudinis? in hoc

habes aures, ut non nisi modulata tantum & mollia, & ex dul-

ci tracta composita accipiant & Et hoc idem apud Persas

graues

a Sat. 5.

b Ep. 12.

e Epist. 47.

d lib. 1. Satyr.

cap. 11.

e lib. 3. deira.

graues illos & tetricos notauit Ammianus. Athæc au-

a Lib. 23.

rium oblectatio ferri poterat. Illa oculorum digna uti-

que fuit censoriâ notâ, ut nudis puellis ministrantibus

cœnaretur; more forsan à Tuscis petito, quibus id im-

pingit Timæus in I. Historiarum. Par improbitas ex-

b Athenae.

cogitauit puellarum Gaditanarum saltationem & can-

lib. 4.

tum. Iuuinalis;

Forfitan expectes ut Gaditana canoro

Incipiāt prurire choro. —

ubi vetus interpres Lyristrias & Pantomimas interpre-

d Lib. 1. ca. 2.

tatur. Nec alio respexit Quintilianus; omne conuinium

e Lib. 2.

obscenū canticū strepit, pudenda dictu spectantur. Et huius

sanè luxus vestigium extat apud scriptorem Madau-

rensem,

qui in conuiuio Byrrhenæ, puellas scitule mini-

strantes recensuit. Hæc omnia calentis in triclinio ne-

quitia irritamenta, sustulit optimus Imperator Theo-

fib. 12. de gest.

dosi, ut Christianum decebat. Paulus Diaconus te

Rom.

statur: illa tamen, quibus Traianus adspersus est, vinolentiam

scilicet & cupidinem triumphandi, usq; adeò detestabatur, ut

bella non mouerit, sed inuenerit, prohibueritq; lege ministeria

g L. 7. lib. 5.

lasciva psaltriasq; coemptionibus adhiberi. Extat lex hodi-

eque, & tangit^h Macrobius; dic enim Hore, qui antiquita-

Tit. 10. Cod.

tem nobis obijcis, ante cuius triclinium modò saltatricem, vel

Th.

h lib. 3. sa-

saltatorem te vidisse meministi? Excisa tamen utcumque

turn. cap. 14.

luxuria, per vices pullulare non desiit. Petrus Chryso-

i Ser. 127.

logus, qui Marciano Imperatore claruit, conuiua sui

temporis obiurgans hæc habet: luxus absit, fugetur ef-

fusio, saltatricum pestis, lenocinia cantorum, voluptatum fo-

menta, ventris onera, naufragia mentium, cum Herodiadis cō-

uiujs absindantur. Has autem foedas atque inquinatas

N volu-

voluptates quantopere amplectentur apud antiquos nonnulli, nemo est qui nesciat. Illi ipsi qui cohibere debuissent, inuitabant palam magisterijs & præceptionibus. Grauis alioqui & nobilis rei medicæ & auctor, ut <sup>a. Theodorus
Priscianus lib.
a. cap. II.</sup> tatis vergentis inclinationi occurreret admonuit, puerarum speciosarum, vel puerorum similiter, seruitium procurandum esse, utendum præterea lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, ut sunt Amphipolitæ Philippi & Herodiani, aut certè Syri Iamblici, vel ceterorum suauiter amatorias fabulas describentium. O lucem motum! comoediæ sanè & histriones, archimini & pantomimi familiares in conuiuium induit frequenter sunt; & hoc iam inde ab Asiatica illa præda, quæ Romanam frugalitatem afflit, seu verius perdidit. ^b Liuius noster, Luxuria enim peregrina origo ab exercitu Astatico innecta in urbem est. ÿ primum lectos eratos, vestem stragulam preciosam, plagulas & alia textilia, & quæ tum magnifica suppellestis habebantur, monopodia & abacos Romanam aduixerunt. tunc psaltria, sambucifragi & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

<sup>c lib. 3. de Ci-
nit. Deic. 21.</sup> D. e Augustinus in eandem sententiam: tunc enim pri-
<sup>d lib. 2. Histor.
e in lugurth.</sup> mum lecti arati & preciosa stragula visa perhibentur. tunc in-
ducta in conuiuia psaltria & alta licentiosa nequitia. Notat de luxu Metelli & Sallustius, ad cœnam inuitato, exornatas fu-
isse ædes per aulae & signa, scenasq; ad ostentationem histrio-
num fabricatas. Marius apud eundem: sordidum me &
incultis moribus aiunt, quia parum scite conuiuium exorno,
neg; histriōnem ullum, neg; pluris precij coquum quam villicum
habeo. f Plinius iunior: frequenter Comædis cœna distingui-
tur, ut voluptates quoq; studijs condiantur. Pantomimorum
artem delineabit nobis vetus Poeta;

Nam

Nam cum grata chorus diffundit cantica, dulcis
Quæ resonat cantor motibus ipse probat.
Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adstat,
Inlustrat verum, cuncta decorare replet,
Tot lingue quot membra viro, mirabilis ars est,
Quæ facit articulos ore silente loqui.

Et autem apud ALOYS. CORRADINVM sigillum æreum ve-
tustissimum, quod personatum quendam ex hoc grege
referat; cuius hic nos typum dabimus, & his usui futu-
rum quæ diximus, & carmini-
bus. ^{a Sat. 3.} luenalis,

— ipsa dierum

Festorum, herboso colitur si quando
theatro.

Maiestas, tandemq; redit ad pulpi-
ta notum

Exodium, cum persone pallentis hi-
atum

In gremio matris formidas rusticus
infans.

Verum ulterius etiam progre-
diente luxu, quam ut his fini-
bus concluderetur, MORIONES e-
tiam, utut deformes & mon-
strosi, in conuiuium animi gra-
tia recepti sunt. ^b Martialis;

Opimianum morionibus nectar
Chrystillinisq; murrhinisq; propri-
nat.

horum formam & elegantiam

N 2 tan.



^{a lib. 6.30.} tangit idem auctor:

Hunc verò acuto capite, & auribus longis,
Qua sic mouentur, ut solent asellorum,
Quis Morionis filium neget Girtha?

stuporem verò, cuius gratia inter cetera comparabantur, ^{b Lib. 14.210.} idem notauit:

M O R I O.

Non mendax stupore est, nec fingitur arte dolosa.

Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

^{c L. 4. de adil. Ed.} Ita ut beatulis hisce nostris pareat non scripsisse ^{d De curiosit.} Vlpianum, fatuum, vel morionem vitiosum videri. Hic erat nimurum luxus eruditus, nihil amœnum & molle arbitrii, nisi quod nouitas & reæ sentientium contemptus viris perditis commendarent. ^{e in conuiuio.} Plutarchus sanè testatur, fuisse Romæ quosdam monstrorum conqueritores, qui venalium formositatem odio habentes, forum morionum frequentarent, hi sunt (ni fallor) γελωτοποιοι, quos ^{f Epist. L.} Lucianus commemorat, è quorum numero delineat nescio quem deformem, deraeo capite, pauculos capillos in vertice gestantem, eosque in cristam conformatos. ^{g lib. 9. ep. 17.} Seneca: Harpasten uxoris mea fatuum, scis hereditarium onus in domo mea remansisse. ipse enim auerissimus ab istis prodigijs sum. si quando fatuo delectari volo, non est misibil longè querendus. me rideo. ^{h Tiberio cap. 6.} Plinius iunior; accepit tuas literas, quibus quereris radio tibi fuisse quamvis lautiſſimam cœnam, quia scurræ, cinadi, moriones mensis inerrabant. ^{i M. Antonio} NI quidem & NANÆ Sybaritarum deliciæ, morionibus collati nescio quid Veneris habuerunt. ^{b Suetonius;} Annalibus suis vir consularis inseruit, frequenti quondam conuiuio, cui & ipse affuerit, interrogatum cum subiò & clare à quodam

quodam nano adstante mensæ inter copreas, cur Paconius ma-
iestatis reus tam diu viueret. ^a Lampridius: Nanos & na- ^{b Suetō. Aug.}
nas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata, &
pantomimos populo donanit. ^{cap. 83.} Hæc autem fuerant Elagabi-
li ministeria, quæ Imperator Alexander auersabatur, ad
Augusti fortasse simulationem, qui pumilos atque
distortos, & omnis generis eiusdem, ut ludibria natu-
ræ, malique ominis abhorrebat. SCVRRAE autem & ipsi
mensis adstabant, conuias dicteris ad hilaritatem
prouocaturi. Plinius obiurgans tedium amici, qui in
propudosum illud, cuius nuper meminimus, conuiu-
um impegerat, retuleratque domum pro apophoretis
nauseam & stomachum: vis tu remittere aliquid ex nugis?
equidem nihil tale habeo, habentes tamen fero. cur ego non
habeo? quia nequaquam me ut inexpectatum festiuumq; dele-
ctat, si quid molle à cinado, petulans à scurra, stultum à morio-
ne profertur. Idem in Panegyrico: nego enim aut peregrine
superstitionis mysteria, aut obscena petulantia mensis Princi-
pius oberrat, sed benigna invitatio, & liberales ioci, & studiorum
honor. Inter hos nobilis fuit Sarmentus ille, cuius veli-
tationes cum Cicero, commemorat Horatius: de quo ^{c lib. 1. Sat. 5.}
etiam al luuenalis;

Sipotes illa pati, qua nec Sarmentus iniquas
Cesaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset.

ubi glossator antiquus notat, Sarmentum forma & ur-
banitate demeruisse sibi plurimos. Augusto olim
placuerat lepore & festiuitate, ut notat. ^e Plutarchus, qui
etiam tradit huiusmodi pueris Romanos DELICIORVM
nomen imposuisse. & quidem illi pueros urbanos &
procaces, delicias & delicia appellabant, ut ^f Statius; ^{g lib. 5. Syl.}

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces

Delicias, doctumq; sui conuicia Nili

Infantem, linguag; simul, salibusq; proteruum

b Lib. 1.8.

Dilexi. — quod & ad passerem translulit. Catulus, & ad columbam^b Martialis. Honestarunt tamen etiam hac appellatione flagitosam illam & nefariam impudicitiam, quæ vitilem olim sexum turpissimè infecerat. testis. Prudentius;

*cib. 1. adu.
Sym.*

Quid loquar Antinoum cœlesti sede locatum?

Illum delicias nunc diui Principis, illum

Purpureo in gremio spoliatum sorte virili?

dub. 6. ca. 10.

*e de beata vi.
en cap. 15.*

At Græci in asotia & nequitia nauiter elegantes, in triclinijs, ut testatur Vitruvius, ludiorum operis locum apparabant, à quibus & hunc morem arripuisse Romanos (ut alia etiam multa) diximus nuper. Et eò sanè aliudit Seneca; vides hos eosdem è lectis suis spectantes popinam suam, aures vocum sono, SPECTACVLIS oculos, saporibus palatum delectantes? mollibus lenibusq; fomentis totum lacerfatur eorum corpus, & ne nares interim cessent, ODORIBVS varijs inficitur locus ipse, in quo luxuria parentatur. f Silius Italicus:

f Lib. 11.

Nec luxus ullus, mersaq; libidine vita

Campanis modus: accumulant, variasq; per artes

g lib. 3. cap. 10. g Alcimus Auitus, ad suffimentorum quod diximus ministerium respiciens,

Viuida quin etiam miscebant Cynamatalli:

Et suffita domus pingui fragrabit amomo.

h lib. 9. ep. 13. h Sidonius:

Manus uncta succo amomi

Domet hispidos capillos:

Ara-

Arabumq; messe pinguis,

Petat alta tecta fumus.

GLADIATORES postremò (quod animus meminisse horret) in conuiuium recepti sunt à quibusdam, adeò familariter, ut non possim non mirari præsterum philosophi & hominis consilium, qui non has tragicas cœnas, sed Aenianum in conuiuio improbavit ludicram pugnam. b Silius Campanis tribuit;

*a Maximus
Tyrius Serm.
12.*

b Lib. 11.

Quin etiam exhilarare viris conuiua cade

Mos olim, & miscere epulis spectacula dira

Certantum ferro sapè, & super ipsa cadentum

Pocula, respersis non parco sanguine mensis.

Quàm conueniunt hisce cruentis spectaculis illa c Petri c Serm. 137. Chrysologii? in arenam vertitur domus, mensa migrat in caueam, fuit de pransoribus spectatores, furore mutatur conuiuum, sit cibus cedes, vinum transfit in sanguinem. Et ut tandem aliquando de triclinio exire incipiamus, dicemus de MEDIASTINO, cuius opera præcipua fuit, in cœnatione scopis mundanda. Viderunt Romæ d viri docti in pauimento vermiculato hominem cum scopa & canistro, cum inscriptione,

d F. Virjan.

CORNELIVS. SERVVS. MEDIASTIN.

e Iurisconsultus SCOPARIVM appellavit, cuius operam tetigerunt Horatius & Iuuenalis, ille:

*e L. 8. defun.
infr.*

Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus

Constitit sumptus? neglectis flagitium ingens.

*f Lib. 2. Sat. 14.
g Sat. 14.*

hic;

Hospite venturo cessabit nemo tuorum:

Verre pauimentum, nitidas ostende columnas,

Arida cum tota descendat aranea tela.

a sinaria.

nec non & Plautus:

*In si n' sceleste ab ianua hoc sterlus auferri?**In si n' columnis deycier operas araneatum?**b lib. 12. de
Fund. instr.*

Quo pertinent illa *b* Vlpiani: item centones, syphones, funes, perticas quoq; & scalas, & phormiones, & spongiæ, & amas, & scopas contineri, pleriq; & Pegasus aiunt. Et, item pertice, quibus araneæ deterguntur: item spongiæ, quibus columnæ, paumenta, podia exterguntur: scalæ quoq; qua ad lacunaria admouentur, instrumenti sunt, quia mundiorem domum reddunt. Et profectò mediastinus scrididioris operæ videtur semper fuisse, tum in urbana tum in rustica familia. Huc respexit D. c Bernardus; intret ergo domum Saluator, & frequenter visitet eam, quam pœnitens Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet interne dedita contemplationi. Sed forte curiosus quisquam requirat, cur in presenti Euangelica lectione, nulla prorsus Lazari mentio fiat? arbitror sanè, ne id quidem à proposita similitudine disidere. Virginalem enim domum intelligi volens spiritus, siluit non incongruè pœnitentiam, qua malum utiq; comitatur. absit enim, ut proprij quidquam inquinamenti domus hac aliquando habuisse dicatur, ut in ea proinde SCOPA Lazari quereretur. Apud Petronium hanc operam nauat Lecticarius; qui argentum inter reliqua purgamenta scopis cœpit verrere. Huius loci est foramen illud, quod in pariete triclinij, proluendi paumenti causa excauabatur, quod ad analæta & vina profusa in paumentum exportanda paratum fuisse coniicio, cui profusioni qua ratione occurrerint Græci, exponit *e* Vitruvius: bibulo nimirum paumento ex carbonibus, sabulone, calce & fauilla mixtis. Verum non extante foramine, aderant serui,

*d L. 27. de
seru. urb.**e Lib. 7. ca. 4.*serui, qui sputa detergerent, & reliquias subditi colligent temulentorum. *H* Horatius:*a Lib. 2. Sat. 8.**H* His ubi sublatis, puer altè cinctus, acernam
*G*ansape purpureo mersam pertergit, & alter
*S*q; o Sublegit quodcumq; iadet et inutile, quodq;

Posset cœnantes offendere —

Ad hæc autem & similia scobe utebantur, ut vidimus in carmine Horatiano. *b* Iuuinalis;*b Sat. 14.*

Ergo miser trepidas, ne stercore feda canino

Atria displiceant oculis venientis amici,

Ne perfusa luto sit porticus: & ramen uno

Semo di scobis hac emenda seruulus unus,

Julius Bassus apud Senecam Rhet, inter temulentas reliquias sumptuosissima cœna, & fastidiosos sub ebrietate cibos, modo excisum caput humanum fertur, inter purgamenta, & iactus cœnuntium, & sparsam in conviuio scobem, humanus sanguis euerritur. hi fuerunt tricliniares manipuli. Et profectò qui ministeriales hasce copias apud veteres auctores recensuerit, nñ ille minus mirabitur, aliquid ministeriorum cateruas, turbas aliquando & populos appellari. Donatus ad illa *d* Virgilij,*c lib. 9. con-
tra 2.**b* totidemq; pares atate ministri, *d* hic (inquit) leuiter, legentes accipiunt ducentorum descriptiōnem, in quibus eadem etas fuit. sed nihil magnum estimantes, si Regina ad hanc partem officij ducentis ministris utebatur: & revera nihil fuit magnum ad diuitias regales & memorabile, si numerit tantummodo faceret mentionem, taceret de atate. cum autem hoc ipsum adiecit dicens, pares atate, illico omnibus familie coptam, decorem quoq; & substantiam demonstrauit. in esidenti est enim, quanta seruorum regina fuerit*O mul-*

<sup>a lib. 1. de trā-
quill. cap. 50.</sup>
^{b Lib. 10.}
multitudo, ex qua ducenti pares atate deligi potuerant, digni qui curarent supradicta. hæc ille. Iam verò ab hac mente. ^c Seneca: places cibus, quem nec parent familia nec spe-
ctent. familias vocat coquorum numeros, & seruorum tricliniarium turmas, quarum specimen ^d Lucano pe-
tendum est,

Discolor hos sanguis, alios distinxerat etas.

Hæc Lybicos pars, tam flauos gerit altera crines,
Ut nullas Cæsar Rheni se dicat in aruis
Iam rutilas vidisse comas. pars sanguinis usi
Torta caput, refugosq; gerens à fronte capillos,
Nec non infelix ferro mollita iuuentus,
Atq; exsecta virum. stat contra fortior etas
Vix ulla fuscante tamen lanugine malas.

^{e Sæt. 3.}
GERVLI etiam illi sportularum, non nisi è ministerio vi-
dentur fuisse. Iuuenalis:

Nonne vides quanto celebretur sportula fumo?
Centum coniuia, sequitur sua quemq; culina.
Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res
Impositas capiti, quas recto vertice portat
Seruulus infelix, & cursu ventilat ignem.

<sup>f Epist. 78.
g Lib. 7. 47.</sup>
Et hæc focorum migratio erat ab ædibus diuitum ad
tenuiorum & pauperum domos, qui sportulam officio
diurno commeruissent. Illæ autem à culina in triclini-
um beatorum & diuitum, & in ipso etiam triclinio fue-
runt, quarum meminerunt ^d Seneca & ^c Martialis. Se-
necæ hæc sunt; O infelicem agrum! quare? quia non vino
niuem diluit, quia non rigorem potionis sua, quam capaci scy-
pho miscuit, renouat fracta insuper glacie: quia non ostrea illi
Lucrina in ipsa mensa aperiuntur: quia non circa cœnationem

eius

eius tumultus coquorum est, ipsos cum obsonij focos transfe-
rentium: hoc enim iam luxuria commenta est; ne quis intep-
scat cibus, ne quid palato iam calloso parum ferueat, cœnam cu-
lina prosequitur. notate eisdem Martialis:

^b Cum mensas habeat ferè ducentas,
Pro mensis habet Annus ministros.
Transcurrunt Gabatae, volantq; Lances.
Has vobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

Ille vero apud ^c Euangelij scriptores, lagenam seu am-
phoram aquæ baiulans, huius agminis portio fuit, velut
etiam illi apud ^d Sidonium,

^e Lib. 6.
Geruli caput plicantes
Anaglyptico metallo
Epulas superbiores
Humeris ferant onus.

Notauerunt autem viri eruditæ, multos ex hisce mini-
strialibus copijs, dominorum liberalitate, in ius & po-
testatem coniuuarum transiuisse, nomine & titulo apo-
phoretorum. Quam sanè ob causam Martialis, libro cui
apophoreta nomen fecit, videtur inseruisse puellam
Gaditanam, morionem, palæstritam, pumilionem, ob-
sonatorem, cccum, & pistorem dulciarium: imo & no-
tarium, qui profecto cum temulentia & nequitia con-
uiuali quid commune habeat, non capio. Non deerunt
qui referant ad indices ferculorum, quæ apponeban-
tur; affirmante præsertim ^e Ammiano Marcellino: po-
scuntur etiam in coniuuijs (scribit ille) aliquoties trutina, ne
adpositi pisces & volucres ponderentur, & glires, quorum ma-
gnitudo sapientia delicata, non sine radio præsentium, ut antehac

O 2 inus-

inistrata; laudatur adsiduitas maxime quum hac eadem numerantes notarij propè triginta adstant, cum thecis & pugillaribus tabulis, ut deesse solus magister ludi litterarij videretur. Si qui verò minime credent tot homines uni triclinij ministerio fuisse additos, quia non possent tot capita unico ædium membro contineri, hi «Senecam audiant; illos (pueros intellige) reperti in littore calculi leues, & aliquid habentes varietatis delectant: nos ingentium maculae columnarum, siue ex Aegyptiis arenis, siue ex Africa solitudinibus adiecte, porticum aliquam, vel CAPACEM POPVLI COENATIONEM ferunt. Ad quam normam idem alibi ministros appellavit turbam concionis. Quæ si vera sunt, ut ego quidem verissima esse arbitror, quid dice-

ad Salinā.

mus de Cæsarum triclinijs? D. & Hieronymus: mirum dictu est. nutritus in palatio, contubernialis & condiscipulus Augustorum, quorum MENSÆ MINISTRAT ORBIS, ET TERRÆ AC MARIA SERVIVNT, inter rerum omnium abundantiam, in primo etatis flore, tanta verecundia fuit, ut virginalem pudorem vinceret. Quid autem sit ministrare orbem mensæ Augutorum, ille demum intelliget, qui apud Martiam hæc legerit;

Cui pater aetherius, puer o dulcissime dixit,

Non ego, quod posci, res negat ipsa tibi.

Casar habet noster similes tibi mille ministros.

Tantaq; sidereos vix capit aula mares

At tibi si dederit vultus comatosa viriles,

Quis mihi qui nectar misceat alter erit?

Valeant hic hyperbolæ: ego enim mille pocillatores intelligo. Neque verò impat fuit ædificium frequentiæ ministrorum. Statius descripsit;

alib. 4. Sylm.

Tectum

*Epist. 115.**Lib. 2. 37.**alib. 4. Sylm.*

Tectum angustum ingens, non centum insigne columnis,
Sed quanta superos cælumq; Atlante remisso,
Sustentare queant: stupet hoc vicina Tonantis
Regia, teg; pari latantur sede locatum
Numina, ne magnum properes ascendere cælum.
Tanta patet moles, effusaq; impetus aulae
Liberior, campi multumq; amplexus aperti.
Aethereo & tantum domino minor, ille Penates
Implet, & ingenti Genio iuuat. amulus illic
Mons Libys, Iliacusq; nitent, & multa Syene
Et Chios, & glauca certantia Doride saxa,
Lunaq; portandis tantum suffecta columnis.
Longa super species. fessis vix culmina prendas
Visibus, auratiq; putes laquearia cæli.

de conuiuio satis dictum est. Nunc percurramus reliqua cultus herilis ministeria. Offerunt autem sese SVPELECTICARI, qui in veteribus inscriptionibus dicuntur à supellecili. Romæ.

N E S T O R
C. CAESARIS. SER
GERMANIANVS
A. SVPELECTI. VIX. A. XL.

Ibidem:

EVMOLPVVS CAESARIS
A. SVPELECTILE
At in palatio fuit & SVPELECTICARIVS CASTRENSIS, &
DOMVS AVRIE. ut indicant veteres cippi sepulchrales. Et
quidem supellex (ait Pomponius) est domesticum patris-
familias instrumentum, quod neg; argento, aurone factō, vel pellect. leg.
vesti adnumeratur. Quæ tamen magis dicta sunt ad regu-

O 3 lam

a L. 1. de Su-

Iam saeculi seuerioris, quam ad recentioris luxum,
ad Helviam Seneca; si desiderabit aureis fulgentem vasis supellec-
ti-
cap. II.
 lem, & antiquis nominibus artificum argentum nobile, as-
 paucorum insania preciosum, & seruorum turbam, quæ quā-
 us magnam domum angustet, iumentorum corpora differta &
 coacta pingue scere &c. Supellecili adnumerant Iuriscon-
 sulti vasa ænea, qualia erant Corinthia & Deliaca, quæ
 adseruabat è seruorum numero quispiam, dictus **A CORIN-**
RINTHIS & CORINTHIARIUS. Romæ,

T. LAIVS. PARATVS. A. CORINTHIS
 &

CALLITYCHAE. ZOILI. CORINTHIAR. AGRIPP.
lib. 8. inf.
 Item vasa vitrea, escaria & potoria: item chrystillina, &
 murrhina fidilia etiam, idque in delicatorum triclini-
 is. b Vitruvius: saporem quoq; meliorem ex tubulis esse, quo-
 tidianus potest indicare vietus. quod omnes extrectas cum ha-
 beant vasorum argenteorum mensas, tamen propter saporis in-
 tegritatem, fictilibus utuntur. Neque verò conducendi e-
 rant CAELATORES & VASCVLARI, cum adessent dome-
 stici. c Iuuinalis,

Sit mihi præterea curuus cælator, & alter
 Qui multas facies pingat citò —

Vbi vetus interpres cælatorem explicat seruum argen-
 tarium, laboriosum, anaglyfarium. Quæ tamen dispa-
 rare videtur antiqua inscriptio sepulchralis, quæ Ro-
 mæ legebatur,

ANTIGONVS. GERMANIC. CAESAR

ARGENTARIUS

VIXIT. AN. XLII.

AMIANTVS. GERMANIC. CAESAR

CAX-

CAELATOR. OTIMOSA. RA

FECIT.

Quæ sanè faciunt, ut suspicatus aliquando fuerim, il-
 lum qui ad statuam a Suetonio
Aug. cap. 70.
 Augusti adscriptis, tempore pro-
 scriptionis,

PATER ARGENTARIUS EGO CORINTHIARIUS

qui tamē Ga-
 lidē repugnat.

Iudere in hac etiam vocis notione voluisse, ut patrem
 & filium notaret, velut minus ingenuæ conditionis.
FABER A CORINTHIS huius procul dubio classis est. Romæ

P. LVCRINVS. P. L. THALAMVS

A. CORINTHIS. FABER

Vestem non curabant supellecarij, ut apud Pompo-
 nium vidimus, sed VESTIARI, quos domo cum omni iu-
 resuo, sicut instruta est, legata, cedere legato scripsit
b lib. 3. Sest.
c lib. 7.
 Julius Paulus. Ab eâdem vestie VESTIFICI sunt & VESTI-
 SPICI. Vestimenta autem erant tricliniaria, virilia, pu-
 erilia, muliebria, communia, familiaria, scænica & fu-
 nebria, & alia de quibus alij. huc pertinēt veteres tituli.

T. STATILIVS

MALCHIO

AD. VESTEM,

&

BYRAE. CANACIANAE. LIVIAE

AVG. SER. A. VESTE. MAGN. &c.

Item,

ARION. CAESARIS. N. A VES-

TE. MATVTINA

&

OSSA

VIBIAE. SVCCESAE. LIVIAE; AVG. SER

O 4

AB.

AB. ARGENTO. POTARIO. ITEM, A. VESTE
L. VIBIVS & rel.

necnon

DIS MANIBVS

COELIAE. DYNATE

M. VLPIVS. AVG. LIB.

VALENS. A. VESTE. IMP.

PRIVATA &c.

ut etiam

DIS MANIBVS

VENVLEIA. CLEOPATRA

FECIT. SIBI. ET

RHODANO. CAESARIS. VERNAE

A. VESTE REGIA


Veluti & A VESTE GRAEVLA, & A VESTE SCAENICA. Et
hac demum statua erunt VESTITORVM antiquū elogiu,
PHEDIMO. VESTITORI

AVG

a Lucas.
Et hos, vel non valde dissimiles, al-
loquitur pater filij prodigi; εξενέ-
κατε τὸ σολὸ τὸ περιττό, ηγε τού-
στατε αὐτὸν &c. At quia hęc omnia se-
ris arculis & clauibus cohibere cō-
sueuerant, ideo clauium speciem
hic damus, expressam videlicet ex
antiquis aliquot, quae apud nos
sunt.


Illarum custodia penes seruos fre-
quenter fuit, quam ob rem & Marti-
alis Euclidem notauit;

b Lib. s. 35.



Equiti

Equiti superbo, nobili, locupleti,
Cecidit repente magna de sinu clavis.



quod ipse sibi dominus esset & familia. Seneca; quide-
nim est cur tu sis alicuius, aut sternumentum, aut musca pa-

*a lib. 2. de ira
ca. 25. Artemi-
dorus lib. 3. O-
nirocr. ca. 54.*

P clavis

clavis negligentis servi manibus elapsa? Ianitores ipsi non fuerunt sine clavis: & confirmat Appuleianus ille Myrmex, qui nocturnas tenebras causabatur sibi obſtare, quin clavem curioſe absconditam reperiret. *Petrus & Chrysologus; audistis hodie fratres, quemadmodum dum seclusit alios, ſeipſum ianitor inuidiosus exclusit.* *vñ vobis, inquit, legisperitis, quia tulisti clavem scientia: ipsi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuisti.* A quo gestandarum clavium munere, carcerum ianitores clavicularij appellabantur, ut animaduertit *CVIACIVS.* & ſanè illas grandiores, quarum typum dedimus, vindicabant ſibi ianitores, ſupellegetarij, cellarij, arcarij, & alij non pauci. Domini vero, ſiquierant qui literis operam darent, illi mancipia erudita habebant, quibus ad studia uterentur. hoc nos agmen ſeruiliſ eruditioſis diu-
cimus, & exordiemur ab illis, qui *BIBLIOTHECIS* praeerant. Inſtruebant enim & apud priuatos bibliothecæ. *Seneca; quid habes cur minus ignoscas nomen marmore atq; ebo capanti, quam opera conquirenti aut ignotorum aucto- rum aut improbatorum, & inter tot millia librorum oſcitanti, cui voluminum ſuorum frontes maximè placent tituli?* apud desidiosiſimos erga videbis quidquid orationum historiarumque est, & teſto tenus extructa loculamenta. iam enim inter balnearia, & thermas, bibliotheca quoq; ut necessarium domus ornamentum expolitur. huiusmodi ſeruum, ut ſibi restituendum curet, petit à Sulpitio *Cicerio; Dionysius ſeruus meus, qui meam bibliotecam multorum nummorum tractauit, cum multos libros ſurripueret, nec ſe impune latetur pueret, aufugie.* Apud Imperatores erant non pauci, qui bus hoc munus in cumberet: cum hæc ordinandarum

*e lib. 10. cod.
TII. 65.*

*d De Tragilli.
cap. 9.*

*e lib. 13. fam.
18. 77.*

& publicandarum bibliothecarum cura, non omnino videretur imperij maiestatem dedecere. In veteribus e- logijs legebantur olim c. *IVLIVS C. L. PHRONYMVS. A. BI-*
BLIOTHECA. GRAECA. C. IVLIVS. FALYX. A'. BIBLIOTHE-
CA GRAECA PALAT. TI. CLAVDIVS. AVG. L. HIMENAEVS.
MEDICVS. A. BIBLIOTHECIS. L VIBIVS. AVG. SER. PAM-
PHILVS. SCRIBA. LIB. ET. A'. BYBLOTHECA. LATINA. APOL-
LINIS. Ehi omnes videntur fuſſe ē domo Cæſarum, a-
pud quos liberti etiam *A STVDIIS* in precio fuerunt.

Suetonius: ac ſuper hos Polybum à ſtudij, qui ſapè inter du-
os consules ambulabat. Eodem munere fungus apud e-
*umdem Claudiū est Lemnus nescio quis, cuius men-
tio extat in veteri inscriptione,*

TI. CLAVDIVS

LEMNVS

DIVI CLAVDII

AVGVSTI. LIB

A STVDIIS

Et huiusmodi ſeruos in priuatorum familijs fuſſe, ſtatuamus necesse eſt. Huic ſtudioſorum cohorti adſcribemus & *ANAGNOSTEN.* *b Vatinius;* dicitur mihi tuus ſeruus Anagnostes fugitiuſ, cum Vardeis eſſe. *c Plinius:* Encolpius quidem lector, ille ſeria noſtra, ille delicia, exasperatis fau-
cibus puluere, ſanguinem reiecit. Sequentur excipientes diuata dominorum, vel aliud quidpiam ſcribentes *A-*
MANVENSES & AMANV. *d Suetonius;* Thallo à manu, quod *d Augusto ca.*
pro epiftola prodita denarios quingentos accepiffet, crura effre-
git. hi ſuerunt preciosi & excepti, etiam quando ſer-
uorum numerus dominis indicebatur. *SCRIPTORES ap*
f lib. 1. de O-
pellauit Cicero. Eamdem operam nauabant *NOTARI* *e Sueton. Ne-*
rone ca. 46. *& in*
Bruto.

& NOTARIAE, quorum commendatio in velocitate excipiendi fuit. ^a Manilius,

Hic & Scriptor erit felix, cui littera verbum est,

Quiq; notis linguam superet, versumq; loquentis

Excipiens, longas noua per compendia voces.

^b Epist. 90.

^b Seneca; quid verborum notas, quibus quamvis citata excipiatur oratio, & celeritatem lingua manus sequitur? viliissimo-

^c lib. 1. Orig.
cap. 21.

rum mancipiorum ista commenta sunt. Quæ Senecæ verba impetunt dictum, Isidori, qui asserit, Senecam contra-

^d ad Julianum.

Quo omnium digestoque & aucto numero opus effecisse in quinque millia notarum. D. ^e Hieronymus: iam de-

^e lib. 9. ep. 36.

missio synthemate equus publicus sternebatur, & nobilem iuuenem pñicea induitum tunica balteus ambiebat, & tamen ille,

apposito notario, cogebat loqui, quæ velociter edita, velox con-

sequeretur manus, & lingua celeritatem prenderent signa ver-

^f Dialog. lib.

3. cap. 10.

borum. Notarius tamen quandoque pro amanuensi sumitur. ^e Plinius, Notarium voco, & die admisso quæ forma-

^g Lib. 6. 16.

^b Cornelius

Nepos. in Eu-

mene.

ⁱ Lib. 28.

ueram dicto, abit, rursusq; reuocatur, rursusq; remittitur. D.

^f Gregorius; tunc vir Dei accessito notario dictauit, dicens;

Sabinus Domini IESV Christi seruus commonitorum Pado. A-

lij, his NOTARI PRINCIPIS, quorum meminit ^g Cassiodo-

^j Lib. 28.

rurus: erant enim principi à secretis, & olim ^k Scribæ apud Græcos. Notariorum erant thecæ, quibus includeban-

tur styli, & pugillaria. ⁱ Ammianus: maximè cum hac ea-

^l Lib. 28.

dem numerantes, notary prope xxx. adstant cum thecis &

pugillaribus tabulis. Pugillarium vero forma fuit oblon-

ga & quadrata, eminenti quadam margine circum circa

^m Lib. 28.

conclusa, ut vidimus Romæ in veteri arca sepulchrali

ⁿ Lib. 28.

in hortis Cyriaci Matthæi. Materies frequenter fuit è

citro, buxo, acere, ebore, membranis; quibus omni-

bus

^a lib. 1. amor.
^b lib. 12.

bus ceram coloratam superinducebant. ^c Ouidius,

Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabella,

Tuq; negaturis cera referta notis,

Quam puto de longe collectam flore cicute,

Melle sub infami Corsica misit apis.

At tamquam minio penitus medicata rubebas,

Ille color vere sanguinolentus erat.

^d Althelmus in ænigmate de pugillaribus,

Melligeris apibus mea prima processit origo,

Sed pars exterior crescebat cetera filuis.

Calceamenta mihi tradebant tergora dura.

Nunc ferri stimulus faciem proscindit amœnam

Flexibus, & sulcis obliquat ad instar aratri.

Tabellæ idem significauerant, quoniam pugillar ut

plurimum ligneum erat. ^e Prudentius in hymno de Cal-

fiano martyre, in quo antiqua scribendi ratio ad amus-

sim explicatur.

Coniuncti alij lapides, inq; ora tabellas

Frangunt, relisa fronte lignum dissilis:

Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,

Rubet q; ab ictu curua tumens pagina.

Calami vicem in his gessit graphium, siue stylus; tum è

ferro, tum ex ære, eius planè formæ, quam hic nos da-

mus, illustraturæ dubio procul Symposi & Althelmi

ænigmata, nec non & subscripta Prudentii carmina.

Minusculum illud apud me est, maius illud alterum a-

puð Aloys. CORRADINVM. ^f Symposius;

^g anigm. r.

GRAPHIVM.

De summo planus, sed non ego planus in inso,

Versor utrumq; manu diuerso & munere fungor:

P 3 Alte-

Altera pars reuocat quidquid pars altera fecit.

** in heptasti. Althelmus in ænigmate, cui titulum præfixit de elementis;*

Nascimur ex ferro, rursus ferro moribunda,

Nec non & volucris pennâ volitantis ad æthram.

Prudentius in passione Cassiani:

Inde alij stimulos, & acumina ferreae vibrant,

*Qua parte aratis cera sulcis scribitur;
Et quae secti apices abolentur, & equoris hirti*

Rursus nitescens innovatur area.

Hinc foditur Christi confessor, & inde secatur.

Pars viscus intrat molle, pars scindit cutem.

Symposium expressit sanè aptè. Acumen enim graphii si in imo digitis complectamur, ut poscit usus, eiusdem planities seu latitudo (ut loquitur Gregorius Turonensis) erit in summo. Althelmus ferrum utrobique appellat, ut vidimus; & ferri stimulum non ineleganter, quia mucrone scribebant, planicie scriptum abradebant. & Columella,

b in horto.

Nominetur Graio ceu littera proxima prime



Pann-

Pangitur in cera docti mucrone magistri,

Sic & humo pingui ferratae cuspidis ictu

Deprimitur, folio viridis, pede candida, Beta.

D. Hieronymus; fultus ego, qui me patauerim hac absq[ue] ad Domini nem.

Philosophis scire non posse, qui meliorem styli partem eam legerim, quæ deteret, quam quæ scriberet. Recondebatur autem

in thecam, quam graphiarium appellat ^b Martialis, ut innocens haberetur, & asserit præter ^c Suetonium ^d Gre-

gorius Turonensis. Stylus autem mucronem & aciem graphij unico nomine complectebatur. ^e Quintilia-

nus: cum verò iam duetus sequi cœperit, non inutile erit eas ^f Sueton. Ca-

(literas videlicet) tabella quam optime insculpi, ut per illos ^g Caius cap. 28.

velut sulcos ducatur stylus. Et hinc usurpant non rarò scri-

ptores stylum infigere, stylo appetere, stylum vertere, & stylo depascere. Fuit autem graphium ad cædem etiam

aptum. ita ^f Cæsar Cassij brachium arreptum graphio traie- ^f Sueton. Ca-

cit: ^g Caligula, cum discerpi Senatorem concupisset, suborna-

uit, qui ingredientem curiam, repente hostem publicum appel-

lantes inuaderent, graphij confossum, lacerandum ceteris

traderent. Populus Romanus ^b Erixōnem equitem Roma-

num, quia filium flagellis occiderat, in foro graphij confudit: ^b Seneca. de

& ^c Prudentius martyrem pueri stylis confecerunt. Fuit autem

ferreum vel æreum ut vidimus; aureum enim, cuius meminit Marcellus medicus, veluti & chrystillina & onychina pugillaria, extra ordinem fuerunt. LIBRARII

quos nonnulli ^d ANTIQVARIOS dicunt, à libris arborum appellati sunt ideo, quia in dedolatis è ligno codiciliis, aut in corticibus arborum, ante usum cartæ vel mē

branarum, antiqui scriberent: unde TABELLARI portatores literarum, Extabat in musæo Carpensi Romæ an-

P 4 tiquus

ⁱ D. Hieronymus ad Nicom.

^b Lib. 14.

^c Claudio ca.

^d lib. 1. de mi-

^e rac. D. Mar-

^f Quintil. cap. 14.

^g Caius cap. 28.

^h Clem. cap. 14.

ⁱ Prudentius

^j loco cit. Turō.

^k de glor. mart.

^l lib. 1. cap. 43.

^m D. Augustus

ⁿ serm. 44 de

^o Verb. Dō. N. 2.

^p de stud. lib. ur.

^q Ro. C. Th. D.

^r Hieronymus ad

^s Florent. I. sive.

^t lib. 6. O. 14.

^u D. Hieronymus

^v ad Nicom.

tiquus titulus,

IVCVNDVS
DOMITIAE
BIBVLI. LIBRAR.

AD. MANVM.

^{a lib. 12. ad}
^{Atticum.}

Librarij aliquod munus indicat nobis Cicero : & erit gratius si non modò in libriss tuis, sed etiam in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli. Ideoque

^{b lib. 5. Ep. 15.} Sidonius Apollinaris scribam vocavit & bibliopolam.

^{c 17.}

^{c ad Tironē.} Cicero filius : sed peto à te, ut quām celerrimè mihi librarius mittatur, maximè quidem Grecus. multum enim mihi eripitur opera in exscribendis hypomnematis. Erant in ministerio & LIBRARIAE. Antiquus lapis ;

SEXTIA. XANTA

SCR. LIBRARIA

EM. OL. II.

^{d sat. 6.}

Iluuenalis,

— peryt libraria, ponunt

^{e Eccl. Histor.}

^{f lib. 6. cap. 17.} Eusebius disertè scripsit, Origeni ad manum fuisse librarios, unà cum puellis, quæ scitè & concinnè scribebrent. Quo fit, ut minus credam interpreti antiquo Iuuenalis, & veteri nescio cui Iuris ciuilis epitomatori, qui pondera hic & libram substituunt. Tetigit hæc ele-

^{g de dignosc. cur. an. mort.} Galenus, cuius hæc sunt Latinè redditæ ; nam quod ad nos attinet, decima fortasse prouentuum nostrorum pars impenditur, reliquæ verò partes nouem substantiæ ipsi adiiciuntur : attamen video te ne in res quidem egregias insumere quidquam audere, non in coemptionem, comparationemq; LIBRORVM : non in eos qui SCRIBANT exercendos, siue NOTIS &

SIGNIS

SIGNIS id faciant, ut CITIVS ; siue exquisitus FIGVRIS ut PVL-
CHRIVS : sicut ne in eos quidem, qui EMENDATE, RECTEQUE
legant. Inseruiebant librariis GLVTINATORES, congluti-
nandæ nimirum papyro operam impendentes. legeba-
tur olim Neapol;

MANNIO STICHIQ
oblivio TIBERII CAESARIS

et quod ex auctoritate GLVTINATORI

in vetere glossario glutinator κολλητης est. meminit &

^{a lib. 13. ca. 12.} Cicero ; etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos ali-

quos, quibus Tyranno utatur glutinatoribus, ad cetera admi-

nistris. Chartæ autem ipsæ papyro & glutino cōstabant.

ideo apud Spartanum Firmus tyrannus iactabat, exer-

citum se alere posse papyro & glutino, quod chartarum quā-

titatem immensam haberet. Ceterum de charta & glutinno latè Plinius. Neq; verò in chartis tantum, sed & in

membranis glutinis usus fuit, si antiquo . Persii glossa-

tori credimus, qui bicolorem membranam ita interpre-

tatur, quod pars altera seu facies membranæ crocea es-

set, glutinata altera. Libris materiam cortex olim, pa-

papyrus, carbasus, ouilla tergora, linteus, plumbum, & alia

suppeditarunt, ut cuilibet animaduertere promptum

est. iiique quod circum ligneum teretem surculum, vel

osseum conuoluerentur, volumina sunt appellati. Sur-

culum ipsum seu surculi capitula, quæ & cornua, um-

bilicium vocabant. Porro de his, & de yniuersa scriben-

di ratione, contexuit insignem commentarium VINCI

CONTARENVS noster, quem ille non diu patietur à studi-

osis desiderari. Librariorum administris, quos vccat Ci-

Q NA-

^{a. r. epigr.} NATORES. de pumice^a Catullus, ^b Tibullus, ^c Plinius: de
^{b lib. 3. El. 1.} cetero ornatu^d Domitius Vlpianus. At quoniam mi-
^{c lib. 30. ca. 21.} d L. L. de Leg. nium in voluminum quoque scriptura usurpabatur,
^{3.} ^{e Sat. 5. L. ult.} inde nomen factum est seruo MINICVLATORI. ^f Persius:

^{deliber. can.} Excepto si quid Masuri rubrica notauit.
^{L. 7. de oper.} ubi glossæ veteres, Rubricas vocat minium, quo tituli legum
^{libert.} annotabantur. At ut viuentes bibliothecas aliquando
^{sg Suetonius} aggrediamur, hæc erit statio GRAMMATICORVM, quos
^{de ill. Grām.} Cornelius Nepos & Messalla Corvinus litteratos &
^{b Sueton. lib.} litteratores appellant. Quo videndum an respexerit
^{c. 1.} idem Cornelius, cum in vita Pomponii Attici scribit, in-
^{i lib. 7. ca. 39.} eiusdem familia fuisse pueros litteratissimos. Huiusmo-
^{b Lib. 11.} di fuit Mecœnati C. Melissus, Spoleti natus ingenuus, sed
^{expositus,} qui cum se gratum & acceptum in modum amici vi-
^{deret, quamquam afferente matre,} permanxit tamen in statu
^{seruitutis, præsentemq; conditionem vera origini anteposuit.} horum estimationis index erit Daphnis ille, cuius me-
^{minerunt i Plinius & k Suetonius.} PAEDAGOGI, MAGI-
^{STRI, & PRAECEPTORES} huc referendi sunt, quorum usus
^{8 L. 35. de Fi-} apprime necessarius. C. Cassium induxit ut crederet,
^{deiccm. libert.} hæredi quandoque remittendam esse proprii serui ma-
^{nūmittendi necessitatem. quod tamen receptum non}
^{m Paulus o-} est. Eâdem necessitate compulsus^m Augustus, cum urbs
^{rof. lib. 7. ca. 3.} fame premeretur, seruorum maximas copias, exceptis
^{n Bacchidib.} medicis & præceptoribus, trudi urbe præcepit. Pædagogi,
^{puerorum & puellarum du}tores fuerunt, & docto-
^{res. "Plautus,}

Nego tibi annis viginti fuisse primis copiam,
¹⁰ Dignum longe à Pædagogopedem ut efferres ex adibuis:
[&]

Index

Inde de hippodromo, & palestra ubi reuenisses domum,
^{Cincticulo præcinctus in sella apud magistrum assideres,}
^{Tum librum legeres.}

Hoc sibi voluit^a Manilius:

^{a Lib. 7.}

Componet teneros etiam qui nutriat annos,
^{Et dominum dominus prætexte lege sequatur.}

D. ^b Augustinus: cum videamus exempli gratia, & sine tri-
^{b De gest. Pe-} bulis areas triturari, quamvis adiuvent si adsint; & sine pada-
^{lagii. Et hoc si-} gogis posse pueros pergere in scholam, quamvis ad hoc non sint
^{detur Oppia-} inutilia pedagogorum adiumenta. huius sane operæ, pue-
^{nus Episcopos} ris & puellis nauata^x notitia facit, ut minus miremur
^{appellare, seu} cum apud Val. Maximum legimus, puellæ virginita-
^{inspectores, &c.} tem à seruo pædagogo, Fannio nescio cui Saturnino
^{1. & 3. de Pa-} proditam. Fuit autem non raro præpostera valde &
^{scat.} translatitia parentum cura in pædagogis comparandis.

^{c Lib. 6. cap. 1.} Aristides: quid autem? nonne nutrices, litteratores, ac pæ-
^{vide & pæda-} dagogi pueris ita dicunt: oportet te non impleri, & modestè cas-
^{gogum crucia-} per vias incedere, ac senioribus assurgere, & parentes amare,
^{rium Calpur-} non tumultuari, nō alcaludere, non suis, alternare pedes: ve-
^{nii Flacci.} runtamen non propterea magni se faciunt nutrices, nec philo-
^{din Platonis-} sophis se se preferunt. itaq; quacumq; maximi est precij dua-
^{rum est fortasse vel trium minarum. Pædagogi vero etiam cum} barbarie quadam pleriq; ista docent, ac ianitores aliquando pro
^{pædagogis, cum artem desierunt, aequo animo sicut. hæc & si-} milia docuerant pædagogi, ut & ambulare in via demisso
^{e Plutarch.} capite; uno digito saltamentum, daobus tangere pisces, pa-
^{Girtutem do-} nem, carnem; sic scabere; sic vestem gerere. Magistri pueros
^{cers posse,} & puellas docebant & ipsi. D. Hieronymus: magistrum
^{autem pueri tui, de quo dignatus es scribere, quem plagiatorem} eius esse non dubium est, sepe Euagrius presbyter, dum adhuc

Q 2 Anti-

*Antiochiae esse, me præsente corripuit, cui illè respondit, ego nihil timeo, dicit se à domino suo fuisse dimissum. Quod ad
a L. 4. ubi Pu-
puellas attinet, extat insigne testimonium Iuliani Icti.
pillus educari
deb.
b lib. 9. 70.*

*is à cognatis & propinquis pupillæ perductus ad magistratum,
iussus est alimēta pupilla, & mercedes ut liberalibus artibus
institueretur, præceptoribus dare.* ^b Martialis;

Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister?

Inuisum pueris, virginibusq; caput.

*Suetonius: Q. Cecilius Epirota Tusculi natus, libertus At-
tici Satry equitus Romani, ad quem sunt Ciceronis epistole, cum
filiam patroni nuptam M. Agrippæ doceret, suspectus in ea, &
ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit. Neque ve-
rò seruis ipsis defuit magister aut paedagogus familiaris,
de illo antiquus typus Tibure,*

M

*TIB. CLAVDIO. AVG. LIB
HERMETI*

*M. PVEROR. DOM. AVGVST
de hoc Romæ,*

*FLAVI. STEPHANI
PAEDAG. PVEROR.
IMP. TITI
CAESARIS*

*d L. 13 de ma-
num. vind.
e Sat. 10.*

*Pædagogo CAPSARIVM adiungemus ex au&toritate & VI-
piani: si collactaneus, si educator, si pædagogus ipsius; si nu-
trix, vel filius filiae alterius eorum, vel alumnus, vel capsar-
ius &c. Iuuenalis,*

*Eloquium aut famam Demosthenis aut Ciceronis
Incipit optare, & totis Quinquatribus optat,
Quis quis adhuc uno partam colit asse Mineruam,*

Quem

Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

*ubi ex vetere Grammatico discimus, designari puerum
adhuc discentem, quem arcula sequatur, in qua codi-
ces reponantur. Capsas autem & armaria librorum re-
censuit & Iul. Paulus. Et hæ pueriles capsæ minusculæ
videntur fuisse, utpote ad gestandum habiles; ideoque
angustas vocavit Iuuenalis, ad earum discrimen, quæ
maiores erant, & statariæ, quarum videtur meminisse
Iul. Paulus. Capsarii verò, qui in balneis vestimenta ac-
cipiebant custodienda, utrum serui fuerint an liberi,
ali; viderint. Ethi ferè omnes (uno & altero excepto)
serui intramurani fuerunt, ut cum Asconio nostro di-
cam. Nunc describemus eos, quibus extra domesticos
parietes utebatur dominus, militares primum, tum ali-
os. **ARMIGER** ex Virgilio & aliis notus satis,*

— formatum vertitur oris

Antiquum in Buten, hic Dardanio Anchise

*Armiger ante fuit —
isque preciosissimi. Plinio credimus de lusciniis loquen-
ti: ergo seruorum illis precia sunt, & quidem ampliora quam
quibus olim armigeri parabantur. Et hos heroibus Poetæ
attribuunt, quos Reges & olim & hodie, in hac saltem
parte æmulati sunt. testis est antiqua sculptura precio-
sæ illius Sapphiri, cuius typum MARQ. FREHERVS vir e-
ruditissimus edidit & illustravit. In ea Constantius Imp.
aprurn venabulo excipit: Armiger autem telum ge-
stans, feræ impetum formidans, dat se in pedes. ^{a lib. 10. ca. 29.} ^{d in apoteosis.}*

Armiger è cuneo puerorum flauicomantum,

Purpurei custos lateris, deprendit ur unus.

Q 3 Nec

Nec negat, & gemino gemmata hastilia ferro
Proicit, ac signum Christi se ferre fatetur.
^{a Lib. 9. 57.} • Martialis;
Splendorous Lybicas domini petit armiger urbes:
Quæ pueri dones tela Cupido para;
Illa quibus iuuenes figis, mollesq; puellas:
Sit tamen in tenra leuis & hastam manu.

^{b lib. 1. Ep. 21} Notauit porrò ^b Sidonius, Theodoricum regem, arcum
^{c Helmichis} lateri innectere citra grauitatem regiam iudicasse, &
^{d armiger. AL} boin. Paulus tradidisse gestandum pueri, hinc armiger in aula Con-
^{e Diaconus lib.} stantinopolitana, qualis describitur à Corippo Narses,
^{f de gest. Lā-} gob. cap. 28. hinc apud Europalatum scutarius in eadem aula. &
^{g Lib. 4.} hinc demum in ^d Turcica puer ephebus, qui Sultano
^{h Menawinus} gerit arcum & sagittas. A qua eadē ratione notat
^{i lib. 3. cap. 10.} Lampridius, Commodo imperante tres Præfectos Præ-
torio fuisse, inter quos libertinum, qui A PVGIONE ap-
pellatus est. Fuit autem apud Cæsares minister Palati-
nus, qui arma custodiret. huiusmodi a. quidam VIBIVS.
HERMES. IMP. NERONI. A CVSTODIA ARMORVM in veteri
monumento legitur. Duces & ipsi, regibus satis impa-
res, armigeris non caruerunt. S. Ferrandus in paræne-
tico; tunc autem dux optimus neminem laetet. si in omni Præ-
torio illius non audeat aliquis amicus, cliens, medicus, armiger,
aut propter officij publici devotionem lateri ducus semper ad-
iunctus, concessa beneficia vendere. His armigeris affines
fuerunt CACVLAE & CALONES, ita diūi auctore Festo,
quod fustibus clavisque ligneis armari solerent ad tu-
telam dominorum. Hic fīsidorum emendabimus, de-
formem vitio non suo. classis (inquit ille) dicta est à Gra-
^{j lib. v. orig.} ^{k ap. 1.} co vo-

es vocabulo ἀνδρῶν καλῶν, id est lignis: unde & calones nau-
cule, quæ ligna militibus portant. lego: unde & calones & ca-
culæ, qui ligna militibus portant. Fuerunt autem hæc li-
gna fustes ut diximus & clavæ, quod enim Euangelista-
rum interpretes habent, missam fuisse cohortem ad
vinciendum IESVM cum gladiis & fustibus, ita vertit
• Iuuencus;

^{a Lib. 4.}

Pars strictis gladijs, pars fidens pondere clavæ.

^{b Festus.}

Ethi ^c CLAVATORES diūi sunt & GALEARI. LIXAS ^d Acton
Grammaticus, perperam seruos militum appellat, cum
certum sit fuisse liberos homines. • Val. Maximus: pro
tinus namq; lixas è castris summouit (Metellus) cibumq; co-
dum venalem proponi vetuit. in agmine neminem militum,
ministerio seruorum iumentorumq;, ut arma sua & alimenta
ipsi ferrent, uti passus est. Leotarios quoque ideo calo-
nes appellauit Seneca, (Leotica formosis imposita calonibus)
quod ligna seu aseres leoticæ portarent. κάλοι enim li-
gnum est, inquit Festus & Isidorus. f Horatius profe-
^{e lib. 1. Sat. 2.} ^{f lib. 1. Sat. 6.}
ctò aliquoties hoc nomine seruos designat, sed viliores
^{g lib. 1. Epist. 14.} ut videtur, veluti muliones & huiusmodi. Ethiæ de ser-
vis militaribus. Dominum domo egredientem ANTE-
AMBVLONES præcedebant, in eum usum quem tangit iu-
nior ^g Plinius; eques Romanus à seruo eius, ut transitum da-
re, manu leniter admonitus, conuertit se; nec seruum, à quo
erat tactus, sed ipsum Macedonem tam graniter palma percus-
sit, ut penè concideret. Nescio quis apud ^b Cornificium: ^{b lib. 4.}
hic inquit habito: perspicit argentum, quod erat expositum.
visit triclinium stratum; probat. accedit serulus, dicit hori-
ni clarè, dominum iam venturum, si velit exire. i Martialis ^{i Lib. 5. 93.}
autem scribit & ad liberos homines pertinuisse hanc o-
peram,

Q 4

Exigus

Exigis à nobis operam sine fine rogatam:

Non eo, libertum sed tibi mitto meum.

Non est (inquis) idem: multo plus esse probabo.

Vix ego lecticam subsequor, ille feret.

In turbam incideris, cunctos umbo ne repellat: &c.

alib. 10. 74. Idem Poeta;

Iam parce lazzo Roma gratulatori,

Lazzo clienti, quamdiu salutator

Anteambulones & togatulos inter

Centum merebor plumbeos die toto?

*At quia non ad clepsydram scribimus, quisquis leget
hæc ignoscat nobis, si studio veritatis eruendæ, plum-
beos nummos asseremus. Hos hic noster & alibi centum
quadrantes appellat,*

Centum miselli iam valete Quadrantes,

Anteambulonis congiarium fassi.

*c lib. 1. 67. Et quidem ego ipse in illa opinione aliquando fui, ut
putarem & illa superius relata, & hæc eiusdem auctoris;*

Nigra sordibus explices moneta:

Constemus tibi plumbœa selibra.

*hæc inquam omnia intelligi de vili & minuta pecunia,
ut apud eumdem Poetam legimus, plumbœa vina, & plu-
mbea mala. Imò & quæ apud Plautum legeram;*

f Trinummo. Cui homini hodie peculi nummus non est plumbœus. f &

*Cui si capitio res sit, nummum nunquam credam plumbœum.
g Mostellaria. item, SER. Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos*


Nummos.

*ita interpretabar. Verum ut sententiam mutarem fecit
primum fortuna obsequens, quæ obtulit mihi nummos
aliquot veteres, Romæ & alibi crutos, plumbœos omnes,*

quos

*quos auersos & aduersos hic in tabella dare decreui: de-
inde I. LIPSIUS, qui monetâ plumbeâ candidè agnouit,*

in Schediis.



^alib. 6. de a-
seclis. Nonius
in ASSAS.
^cLib. 14.

^dCornel. Ne-
possue is Ae-
mil. Probus.
in Cimone.

^eSat. 3.

Subsequebantur PEDISSEQVI. Et ideo myriadas seruorum comparatas fuisse scribit^a Athenæus, ut comitum, anteambulonum, & asseclarum copia ne deesset. Ammianus: nonnullos fulgentes sericis indumentis, ut dueendos ad mortem, vel ut sine diritate ominis loquamur, pregresso exercitu, arma cogentes, manipulatim concitato fragore sequitur multitudo seruorum. His ^dCimon nobilis ille Imperator, dispensatoribus utebatur, ut si quis opis eius indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. Et hi omnes pars erant & portio officii & obsequij quotidiani. Cuius tamen corpus liberi homines constituebant. ^eIluuenalis,

*Si vocat officium turba cedente vehetur,
Dives, & ingenti curreret super ora Liburno.*

&

*— nobis properantibus obstat
Vnde prior: magno populus premit agmine lumbos,
Qui sequitur: ferit hic cubito, ferit assere duro
Alter. —*

^flib. 1. epis. 5.
^glib. 10. 88.

^fPlinius: paucos post dies ipse me Regulus conuenit in Prætoris officio. ^gMartialis:

*Omnes persequeris Prætorum Cotta locelloſ,
Accipit & ceras. officiosus homo es.*

^blib. 4. 35.

^bidem alibi graphicè,

*Condita cum tibi sit iam sexagesima mēſis,
Et facies multo ſplendeat alba pilo.
Discurris tota vagus urbe, nec ulla cathedra eſt,
Cui non mane feras irrequietus Aue.
Et ſine te nulli fas eſt prodire Tribuno,
Nec caret officio Consul ut ergo tuo.*

^jlib. 6. de be-
nef. cap. 34.

Salutatores totam hanc ſcānam complebant. ⁱSeneca:

ad

ad quemcumq; itaq; iſorum veneris, quorum salutatio urbem concutit, ſcito, etiam ſi animaduerteris obſeffos ingenti frequētia viſos, & commeantum in utramq; partem catervis itinera compreſſa, tamen venire et in locum hominibus plenum, amiciſ vacuum. in pectore amicu, non in atrio queritur. Salutatoria vox fuit, Ave, ut apud Martialem vidimus, & apud alios paſſim eſt videre. Hora huius officioſe salutatio- nis fuit antelucana. ^aIluuenalis,

^aSat. 3.

*Quod porrò officium, ne nobis blandiar, aut quod
Pauperis hic meritum, ſi curet nocte togatus
Currere, cum Prætor lictorem impellat, & ire
Præcipitem iubeat, dudum vigilantibus orbis,
Ne prior Albinam, & Modiam collega ſalutet?*

^bSat. 5.

^bIdem,

*— habet Trebius propter quod rumpere ſomnū
Debeat, & ligulas dimittere ſollicitus, ne
Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem
Sideribus dubijs, aut illo tempore, quo ſe
Frigida circumagunt pigri Serrasa Boote.*

^cin Catilina.

^cSallustius: C. Cornelius eques Romanus operam ſuam pollici-
ſum, & cum eo L. Vargunteius Senator, conſtituere ea nocte
paulo post cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum, introire
ad Ciceronem. Niſi a ſalutatores incidiſſent in aliquem ^dSen. Ep. 133.
ſedatorem Attilii illius Butæ, qui lucem ſtatuerat ſibi
ſomni tempus eſſe. Et haec quidem penè publica fuit ſa-
lutatio, illa priuata, quam ^eGalba Sulpicius exoletam a-
libi, in domo ſua obſtinatiſime retinuit; ut liberti ſeruiq; bis
die, frequentes ad eſſent, ac mane ſaluere, vefperi valere, ſibi
ſinguli dicerent. Admittebantur autem ſalutatores, idq;
non ſancte gratis. ^fIluuenalis;

^eSuet. ca. 4.

^fSat. 3. nec no in loco.

R 2 omnia

— omnia Romæ

Cum precio. quid das ut Cossum aliquando salutes,
Ut te respiciat clauso Viento labello?

At verò præfuisse aliquem huic turbæ officiosæ, saltem
in aula Cæsarum, videtur indicare marmoreæ inscripti-
onis fragmentum, in quo NERITO cuidam DIVI CLAVDII
nescio an liberto, OFFICI IMPER. fortè curatori, locus mo-
numenti designatur. Confirmant coniecturam verba
martyrologij Romani; *Pis in Tuscia sancti Torpetis mar-*
tyris, qui magnus in officio Neronis primum fuit &c. An au-
tem TYSANDER quidam AVG. LIB. OFFICIALIS huc pertine-
at, viderint alij. Et certè nisi insigniter fallor, hoc mu-
nus admissionalium fuit, de quibus suo loco dicemus.
Locus status & solemnis, ubi peragebatur hæc fabula,
atrium erat. Seneca stylum acuens in has ineptas salu-

^{a lib. 6. de be-}
^{nef. cap. 34.}
^{b De breuit.}
^{c lib. 14. cap. 14.}
^{d lib. 16. ca. 5.}
^{e Aen.}
^{f lib. 6. cap. 8.}
^{g lib. 3. de ar-}
^{team.}

tatorum concursationes, & quidem verbis proximè ci-
tatis: ^a in pectore amicus, non in atrio queritur. ^b Idem: quam
multi per refertum clientibus atrium prodire vitabunt, & per
obscuros & diu aditus profugient? Martialis passim. Illa
antelucana potentiorum fuit; tenuiorum autem ma-
tutina. OFFICIOSORVM statio vestibulum fuit. ^c Gellius
ex doctrina Sulpicij Apollinaris; qui domos igitur amplas
antiquitus faciebant, locum ante ianuam vacuum relinque-
bant, qui inter fores domus & viam medius esset. in eo loco qui
dominum eius domus salutatum venerant, priusquam admit-
terentur consistebant &c. Et hæc verba Gellij penè tran-
scripsit. Non. Marcellus, qui ex Gellio emendandus est.
^d Donatus etiam ad illa Virgilij;
^e Vestibulum ante ipsum, primisq; in fauibus Orci,
Luctus, & ultrices posuere cubilia curæ,

feralem

feralem (scribit) Ditis domum ecce quale obseruabat officium
in primo vestibulo. ^a ADVERSITORES qui dicebantur, huic ^a Plautus mo-
seruitio extramurano accensendi sunt. hi domino fo- ^{stellaria. actu}
ris coenanti (teste ^b Donato) aduorsum ibant, officij & ^{+ Ioh. Evan-}
tutelæ gratia. Sed & ACCERSITORES, ut ita dicam; & qui ^{st.}
aduentum domini præmittebantur nunciatum. ^c Pli- ^{b in Adelphis.}
nius; euigilaueram. nuncius à Spurinna, venio ad te. imò ego ^{c Lib. 1. ep. 5.}
ad te. ^d Iuuencus, ^{d Lib. 4.}

Talia dum loquitur, scissos lacerata capillos:
Profratris morbo iustis soror anxia curis,
Hortatur iuuenem rapido percurrere gressis,
Casibus ut tantis Christus seruaret amicum.
Iuuenis hic famulus est. ^e Ouidius,

Ancilla puerig manus ferat arte tabellas:

Pignora nec iuueni credite vestra nouo.

Ehi erant domestici ultro citroque cursantium mani-
puli. ^f Appuleius; misitq; protinus curforem, qui vanti ma- ^{f lib. 10. Met.}
rito domus expugnationem nunciaret. At de cursoribus a-
gemus infra. Aduersitoribus illi nō dissimiles fuerunt,
qui præcincti lumbos, & lychnos ferentes, dominum ^g Luca 12. 35.

domi præstolabant, à coena reuertentem; quorum a-
liqui dominorum comites erant. ^h Val. Maximus: Caius ^{h lib. 3. cap. 6.}
autem Duillius, qui primus naualem triumphum ex Pænis re-
tulit, quotiescumq; epulaturus erat, ad funalem cereum, præ-
unte tibicine & fidicine, à cœna domum reuerti solitus est. ⁱ
idem: audior: M. Antonius auorum nostrorum temporibus ^{i lib. 6. cap. 8.}
clarissimus orator, incesti reus agebatur. cuius in iudicio accu-
satores seruum in questionem persecuerantissime postulabant,
quod ab eo, cum ad superum iret, laternam prelatam conten-
derent. ^k Iuuinalis;

R 3 sed

— sed quamvis improbus annis,
Atq; mero feruens, cauet hunc, quem coccina lana
Vitari iubet, & comitum longissimus ordo:
Multum præterea flammam & ahenea lampas.

Et verò sine his dominus benè potus qui domum se
^{a Lib. 3. El. 29.} contulisset? Propertius;

Hesterna mca lux cum potus nocte vagarer,
Nec me seruorum duceret ulla manus;
Obvia nescio quot pueri mihi turbaminuta
Venerat. —

Et hos AD LYCHNVM, AD FVNALE, AD LATERNAM, LAMPADOPHOROS, & TAEDIGEROS appellabimus. At funalia
^{b. 1. Aen. 11.} (ut inquit b Seruius) idè dicta sunt, quia ante usum papyri
antiquitus funes cera circumdabant. Quod iisdem verbis
^{e lib. 20 Etym. cap. 10.} expressit c Isidorus Antiquorum autem funalium figura-
ram præferunt Angeli insculpti in vetere monumento
è marmore Synnadicō, in quo iacent sacrosancta ossa
beatissimi Lucæ Euangelistæ, in augustissimo templo
D. Iustinæ, apud nos. Et hoc dubio procul etymon ha-
bent vox Ecclesiastica, Intortitia, & Italica Torcie, &
Torchi: imo & Hispanica, Antorcha. Funalia enim fu-
nes intortas referebant. Addamus etiam somitem gos-
sypinum, quem hodie cera superinducimus, à nostris
appellari, Pauero, corrupta Papyri, cuius meminit Ser-
uius, nomenclaturā. In hac autem cohorte MONITORES
^{d Lib. 8.} quidam erant, a Appuleius: post hac monitu famuli mei,
qui noctis ADMONEBAT, iam & ipse crapula dissentus, protinus
exurgo: & appellata propere Byrrhena, titubante vestigio do-
mitionem capesso, sed cum primam plateam vadimus, vento
repentino LVMEN, quo nitebamur, extinguitur.

Et



Et horum qui admonerent, ingens videtur fuisse nu-
merus, apud homines nobiles & fortunatos. a Seneca.
nec illos quidem inter oculos numeraueris, qui sella se & lecti-
ca hac & illuc ferunt, & ad gestationum suaram, quasi deserere
illas non licet, horas occurunt: quos quando lauari debeant,
quando natare, quando cœnare, aliis ADMONET; & usq; eo ni-
mio delicati animi languore soluuntur, ut per se scire non pos-
sint an esuriant. Concinne b Plinius; quippe multo utilissi-
ma est temperantia in cibis. L. Lucullus, hanc de se prefectu-
ram seruo dederat, ultimoq; probro manus in cibis triumphali
seni deducebatur, vel in Capitolio epulanti. pudendare, seruo
suo facilius parere, quam sibi. Contra c Carneades, qui cum c Val Max. b.
cibi capiendo causa recubuisset, cogitationibus inharenens, ma-
num ad mensam porrigerere obliuisciebatur, nisi monitrix dome-
stica, temperato inter studia officio, manum necessarijs usibus

R 4 aptas-

aptasset. At de his monitoribus non nihil egimus, cum Inuitatorem & Structorem produceremus in medium. Quoties verò pedibus incedere domino non libuisset, aderant LECTICARI qui gestarent. ^a Seneca; hoc itaq; ipsi mihi dico, quoties tale aliquid præstrinxerit oculos meos, quoties occurrit domus splendida, cohors culta seruorum, lectica formosis imposita calonibus. impositam dixit, quia lecticarii succollabant suppositis ceruicibus. ^b Autor ipse: idem de ipsis licet omnibus dicas, quos supra capita hominum, supraq; turbam delicatos lectica suspendit. ^c alibi: quo tandem ab ipsis gerulis raperis, cubile istud tuum circumferentibus? quo te penulati ipsis, in militum quidem non vulgarem cultum subornati? In quibus verbis notandum est, Penulam fuisse vestem lecticariorum; tum quia pluuiam arcebat, tum quia viatores ipsa utebantur promiscue. Apud nos utuntur eadem, sed laxiore & breuiore, cursores nostri: antiqua enim penula demissior & adstrictior fuit; ideoque ^d Cicero penula Milonem, ^e Quintilianus (sive ille Tacitus) ad strictos & inclusos penula, causarum patronos scripserunt. ^f Martialis, qui cucullum papyraceum, oliuarum penulam vocat. Fuit autem penula ^g pallium cum fimbriis longis, quo usi sunt Grammatici, quos penulatos magistrós vocat D. ^h Augustinus, ut & Grammaticam ingressam fuisse Deorum Senatum penulatam affirmat: Marcianus Capella. Et Marciani quidem verbis, que nescio quibus deformati librariorum præstigiis, Criticis omnibus, sub specie probæ lectionis, hactenus imposuerunt, nos personam detrahere conabimur. Quod enim vulgo legunt; que fœmina licet in Attica, ubi maiore cui parte floruerat, se afficeret

^a Epist. 110.^b Epist. 80.^c lib. 3. de be-
nef. cap. 26.^d in Milonia-
na.
^e de causis corr.
^f Elog.
^g lib. 13. 1.^h Cornutus ad
Pers. Sat. 1. Iſ-
idorus lib. 19.
orig. cap. 24.
ⁱ lib. 1. confes-
ſion. cap. 16.
^j lib. 3.

rereret incedere palliatam, tamen ritu Romuleo, propter Latiale numen & olim caput, propterq; Martiam gentem, Venerisq; propaginem &c. ita corrigendum est; propter Latiale nomen & Toli caput. Nota est narratio de capite Toli Vulcentani, euoluto ex fundamentorum sedibus, in colle Tarpeio. Et mihi quidem aliquando placuit, etiam ^a Varronis locum hoc Toli nomine insignire, ad ipsius ^{a lib. 4. de L.} etiam auctoris mentem: ^b Capitolium dictum, quod hic, cum ^c L.

fundamenta foderentur adis Iouis, caput Toli hominis inuenitum dicitur. Verum hæc huius loci non sunt. Ad penulam ut reuertamur, selectiora quadam qui volet, legat commentarios ad Lampridium & Spartanum Is. ^d CA-
SAVONI. Incedebant autem lecticarii canusinati. ^e Mar-
tialis;

^f Ut canusinatus nostro Syrus assere sudet. ^g lib. 1. ad 2.
Penula igitur, ut vidimus, hi usi sunt, quam tunicae superponebant, alioqui tunica solemnis vestitus seruorum fuit. ^c Afranius;

^d Vos quibus cordi est intra tunicam manus leua, dextra intra penum herile. ^e Plautus:
Aduenisti audacie columen consutis dolis.

^f so. Imò equidem tunicis consutis buc aduenio, non dolis.

^g Phædrus de Atrien ^h, ⁱ Lib. 2. faba-
lar.

^j Cui tunica ab humeris linteo Pelusio

^k Erat desticta. — ^l fluuenalis,

^m ponunt ⁿ g. idem, ^o g. Sat. 1.

^p Cosmetæ tunicas. — ^q simplex nefuror sefertia centum

^r Perdere, & horrenti tunicam non reddere seruo?

^s Gellius: Plutarchus, seruo suo nequam homini, & contuma-

^t b lib. 1. ca. ult.
^u ei, sed

^{a lib. 9. Met.} ^{b Lib. 26.} ^{c apud Sur. in actis D. Seba- stiani.} ^{d lib. 2. fabula.} ^{e lib. 2. breuitate cap. 12.} ^{f sat. 8.} ^{g lib. 2. S. 8.}

ci, sed libris disputationibusq; Philosophiae aures imbutas ha-
benti, tunicam detrahi ob nescio quod delictum, cædiq; eum lo-
ro ius sit. ^a Appuleius de seruis in pistrinum coniectis;
cuncti tamen ita tunicati, ut essent per pannulos manifesti.
^b Ammianus Marcellinus: stetit itaq; subtabidus (Proco-
pius) excitum putares ab inferis, nusquam reperto paluda-
mento, tunica auro distincta ut regius minister indutus.
^c Tranquillinus martyr Chromatium Præfectum allo-
quens: postea verò tu ipse positis sericis, quibus indutus es ve-
stibus, seruilem tunicam induas. Et hoc deum est, quod
innuit Lampridius, apud quem Alexander Seuerus Im-
perator, seruos suos semper cum seruili ueste habuit, libertos
(ita habet antiquus liber, & rectè) cum ingenuorum. Li-
berti enim Cæsariani seruorum loco aliquando viden-
tur habitu fuisse. antiqua inscriptio,

OSSA

VIBIAE. SVCESSAE. LIVIAE. AVG. SER
AB. ARGENTO. POTORIO. ITEM. A. VESTE
L. VIBIVS. AVG. SER. PAMPHILVS. SCRIBA
LIB. &c.

^{d L. unica. C. ad L. Vistell. e lib. 3. de be- nef. cap. 21.} Præterquam quod a libertinis omnibus, etiam iure au-
reorum annulorum donatis, imago potius obtigit
quam status inguitatis. Et hoc est, quod Seneca ve-
stiarium vocat; est aliquid quod dominus præstare seruo de-
beat, ut cibarium, vestiarium. nemo hoc dixit beneficium. I-
fde Træquill. dem fautor alibi: Familia vestiarium petit victimumq;. At
^{f cap. 8.} hac tunica non demissa, sed ita constricta usi sunt, ut
^{g lib. 2. sat. 8.} succingerentur laciniis eiusdem, & Horatius,

— puer alè cinctus acernam
Gausape purpuream ensam prætersit. —

Phæ-

Phædrus,

Ex alticinctis unus Atriensibus.

^b Seneca: Conuinia me hercule horum non posuerim inter va-
cantia tempora, cum videam quam sollicitè argentum ordi-
nem, quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant.

^c Iuuenal is de ancilla tabernaria,

Et cum venali Cyane succincta lagena.

^d Ethoc sibi voluit Horatius,

— ut omnes

Præcincti rectè pneri, compliq; ministrarent.

Neque aliò respexit CHRISTVS dominus, discipulos mo-
nens, ut lumbos præcingerent seruorum in morem, qui
dominum à nuptiis reuertentem expectant domi. ^{e Luca 18.} ^{f Pe} ^{g L. 18. de ufo fr.} ^{h L. 26. depen- cul.} ^{i apud Gell. 16.} ^{j apud Gell. 16.} ^{k lib. 4. Pa- liar. 12.} ^{l in vita Al- ticii.} ^{m lib. lipp.}
trus Chrysologus scripsit egregiè: cingulum quidem est
propriè indicium seruitutis; quod & discursus expeditos red-
dat, & facias obsequentes. Animaduertendum obiter hic
est, uestem aliquando traditam seruis fuisse, ut ea per-
petuò uterentur, secundum ordinem & dignitatem
mancipiorum, ut scribit Vlpianus: aliquando ad cer-
tum usum & ad certa tempora, ut cum deducerent do-
minum, vel ipsi coenanti ministrarent, ut apud ^b Pom-
ponium legimus. Et de his haecenus. Ad lectorios ut
redeamus; efferebant illi mortuos. ⁱ Caius Gracchus: ^j in lectica ferebatur. ei obuiam bubulcus de plebe Venusina
aduenit, & per iocum, cum ignoraret qui ferretur, roganit
num mortuum ferrent? ^k Ser, Sulpicius; coactus sum in ea-
dem illa lectica qua ipse delatus eram, meisq; lectorijs in ur.
bem eum referre. Marcellum intelligit quem Magius ne-
cauerat. ^l Cornelius Nepos; Atticus elatus est in lecticula.
^m Cicero: at iste opera lectica, latus est per oppidum ut mor

*a in Milc. ar-
gum.* tuus. *Asconius: cadauer eius in via relictum, quia servi
Clodij aut occisi erant, aut grauiter saucij latebant, Sex. Tadius
Senator, qui forte ex rure in urbem reuertebatur, sustulit, &
lectica sua Romam ferri iussit. Et de hoc vario lecticae usu
extant lusus aliquot apud Martiale,*

*b lib. 2. 11. Latior hexaphoris tua sit lectica licebit:
Dum tamen hac tua sit Zoile Sandapila.*

c lib. 6. 77. Item,

*Inuidiosa tibi quam sit lectica requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.*

d Lib. 9. 9. d Et,

*Octo Syris suffulta datur lectica puella;
Nondum Sandapila pondus amicus erit?*

*Imò & posterius seculum, atq; adeò nostri receperunt,
ut lecticarij in vespillonum agmine essent. extant No-
uellæ Iustiniani, quas vocant, XLIII, & LIX, ad quas & ad
librum XI codicis notauit clarissimus CVIACIVS. Hexa-
phorum autem, & octophorum denominarunt homi-
nes, prout sex vel octo lecticam subibant, delicotorum
dominorum arbitratu: & illam quidem laxiorem ad
modulum opum & luxus. Modesti sanè & frugi homi-
nes quattuor tantum adhibebant, & Marcianus Ca-
pella Philologiæ in cœlum eunti totidem adscripsit, la-
borem, amorem, epimeliam, & agrypniam. nec aliter
virginem decebat, studiosam videlicet, minimeque de-
licatam. Beatores, octo sibi parabant homines rectos,
ut inquit Catullus. Petronius Bargalon à duobus le-
ticarijs in medium rixam perlatum fuisse scribit, seruo
nimurum dignitatem hac etiam in re dominicam adi-
mens, & secernens à liberis. Cæsarianorum autem le-
ticari-*

e Epigr. 10.

*ticariorum adeò grande agmen fuit, ut nominibus
& præpositis distinguerentur. Indicat in veteri epi-
grammate TI. CLAVDIVS nescio quis AVG. L. QVADRATVS.
DEC. LECTICARIVM BRITANNICI. Eorum verò qui
mercede conduci operas locabant, non minor nume-
rus fuit. siquidem apud P. Victorem, Romæ, regione
XIV, trans Tiberim, legimus castra fuisse lecticariorum.
At quia plerumque domini vel gratia voluptatis, vel
in morbi leuandi gestabantur, ideo in hunc usum para-
bantur loca peculiaria, quæ gestationes appellabant.
Plinius junior. gestatio buxo aut rore marino, ubi deficit
buxus, ambitur. *b* Julianus I. Cs. & si forte voluptarium fuit
prædium, viridaria vel gestationes, vel deambulationes arbo-
ribus infructuosis opacas atq; amœnas habens. Neque sub dio-
tantum gestabantur aut vestabantur, sed & sub tecto
porticus alicuius. *c* Iuuinalis,*

*Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus, quanta nemorum vectetur in umbra.*

d Idem,

*Balnea sexcentis, & pluris porticus, in qua
Gestetur dominus quoties pluit, anne serenum
Expectet, spargatq; luto iumenta recenti?*

*Adhibitus est autem in gestando certus quidam passu-
um numerus, ut in deambulando Ciceronem adhibu-
isse testatur Plutarchus; & patet ex antiqua inscriptio-
ne.*

IN HOC

*POMARIO
GESTATIONIS
PER CIRCIVITVM
ITVM ET REDITVM*

S 3 QVIN-

QVINQVIENS
EFFICIT PASSVS

MILLE

Gestabantur autem naui, lectica, scamno, vehiculo, in-
quit ^a Cornelius Celsus. Cathedra etiam & sella : unde
CATHEDRARI serui ^b Sidonio : solus Curio meus in transfa-
garum perfidiam inuectus, cum ad uesperasceret, per cathedra-
rios seruos vespillonibus & triores, domum raptus, ac reporta-
tus est. Delicati illi & CATHEDRALICII ^c Martialis iidem
cum his minimè sunt. De sella ^d Eutonius, qui gestato-
riam vocat. Et ad supplicium hac raptabantur rei tor-
mentis affliti, ut notauit ^e Ammianus : indefensi, bonis
ablatis, nullo contacti delicto, promiscue iuuenes alijqz, membris
omnibus capti, ad supplicium sellis gestatorijs ducebantur. por-
fili. 1. cap. 1. tatoriam vocat Cælius Aurelianus : ante cibum præterea
erit adhibenda gestatio, portatoria scilicet sella, sine vehementi motu, quo partes vehementer patientes releuentur. Idem
meminit sellarum gestatoriæ & fertoriæ. Gestabant au-
tem homines duo, ^g Martyrologium ; Alexandriae passio
sancti Iuliani martyris, qui cum ita podagra constrictus esset,
ut neg. incedere, neg. stare posset ; una cum duobus famulis, qui
eum in sella gestarunt, Iudicio offerunt &c. Verum, non erit
opinor nobis fraudi, si in gratiam studiosorum excurre-
mus tantisper in varias aliquot sellarum nomenclatu-
ras. Sellæ tonsoriæ meminit ^h Cælius Aurelianus. Sella
ⁱ Tit. 157. pertusa legitur apud Catonem, & videtur eadem, quæ
^k lib. 3. sent. balnearis apud Iul. & Paulum, quam ita delineat apud
^{tit. 8.}
^{lib. 2. Varia.} ^{22.} Cassiodorum Theodoricus : hinc desuper sella composita,
quæ humanis necessitatibus, in absidi speciem perforatur, &
grossusciptis interno humore defluentes. Familiaricas sellas
nomi-

nominat ^a Varro, ad quem notauitios. SCALIGER, apud ^a lib. 1. de R.
Catonem legi malè ^b cellas familiaræ pro sellis, inuita sa- ^{R. cap. 13.}
nè Criticorum Mineruâ. Cato enim cellas familiaræ vo- ^b Tn. 14.

eat seruorum habitationes, quas cellas appellat ^c Colu- ^{c lib. 1. cap. 6.}
mella, Seruilia namque habitacula cellæ nomine desi-
gnantur. ^d Seneca de Pompeiano Demetrio : cui iamdu- ^{d de Traguit.}
dum diuitiae esse debuerant, duo vitarij. & cella laxior. ^e Cice- ^{cap. 8.}
ro, conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis, seruorum in cellis, ^f 2. Philipp.

lectos stratos videres. ^f Vitruvius : & ex una parte equilia, ^{f lib. 6. ea. 10.}
ex altera ostiarij cellas. apud eundem & auctorem cellæ ^{g lib. citato &}
familiaricæ, cellæ seruorum sunt, non penuariæ, ut qui- ^{cod. capite.}
dam sunt arbitrati. Ab his cellis monachorum habita-
tiones nomen mutuum sumpserunt, quod essent ut illæ
seruiles, arcta & angusta, quam sanè ob causam D.
^b Hieronymus & ^b Ioh. Cassianus cellulas appellant, ve- ^{b in Hilarioes}
luti etiam ^c Ennodius, monachos cellularanos. imò & D. ^{ilib 2. de in-}
ⁱ Gregorius monasterium ipsum non rarò cellam nomi- ^{stitut. renunc.}
nat. Cellæ verò meretriciæ satis notæ sunt ex Petronio, ^{cap. 12.}
Martiale, Iuuenale, cuius carmen unius litterulæ muta- ^{k Lib. 1. Ep. 5.}
tatione depravatum, experiemur & nos an corrigerem ^{l Dialog. Lib. 1. & 4.}
valeamus. ^m Scribit namque :

Et dubitas alta Chionen deducere sella.

quæ hic sit alta sella, dicant qui norunt. ego sanè cellam
non inuitus reposuerim. alta enim cella fornix est. con-
firmat coniecturam nostram idem ⁿ poeta, qui alibi ce- ^{m Sat. 3.}
cinit, *Intrauit calidum veteri centone Lupanar.*

Et cellam vacuam. —

& — sed quod potuit tamen ultima cellam ^{o Sat. 6.}

Clausit —

At pergamus recensere ceteras sellarum species. Arqua-
S 4

^{a Lib. 2. adu.} tæ sellulæ meminit ^a Arnobius, nec non & ^b Tacitus.
^{Gent.}
^{b annal. lib. 15} Porrò glossario veteri sella arcuata ^{grec.} est. Sellam
 muliebrem, solidam, curulem, alij recensuerunt. Et de
 his satis. Ob frequentes autem salutationes, & pren-
 sationes, aderant domino serui NOMENCLATORES, MO-
 NITORES, & FARTORES, quorum munus erat suggerere
 nomina obuiorum. nomen enim inquiunt Grammati-
 ci quasi nouimen dicitur, quod notitiam faciat: è noti-
 tia autem prodit existimatio, & benevolentia ^c Seneca,
^{clib. 1. de bc-}
^{not. cap. 3.} quemadmodum nomenclatori memoria loco audacia est, & cui-
^{d de breuit. Si-}
^{tac. cap. 14.} cumq; nomen non potest reddere, imponit. ^d idem alibi ob o-
 culos hæc ponit orationis penicillo: isti qui per officia dis-
 cursant, qui se aliosq; inquietant, cum bene insaniant, cum o-
 mnium limina quotidie perambulauerint, nec ulla apertas fo-
 res præterierint, cum per diuersas domos meritoriam salutati-
 onem circumtulerint, quorumquemq; ex tam immensa, & va-
 rjs cupiditatibus districta urbe poterunt videre & quam multi
 erunt, quorum illos aut somnus aut luxuria aut inhumanitas
 submoveat? quam multi, qui illos cum diu torserint, simulata
 festinatione transcurrant? quam multi per resertum clienti-
 bus atrium prodire vitabunt, & per obscuros adium aditus
 profugient? quasi non inhumanius sit decipere, quam excludere.
 quam multi hæsternâ crapulâ semiomnes & graues, illis mi-
 seris somnum suum rumpentibus, ut alienum expectent, vix
 alleuat is labij, insursum illies nomen, oscitatione super-
^{e Panegyrico.} bisimâ reddent? ^f Plinius minor: gratum erat cunctis,
 quod Senatum osculo exciperet, ut dimissus osculo fueras: gra-
^{f lib. 1. Ep. 6.} tum quod equestris ordinis decora, honore nominum, sine mo-
 nitore signares. ^f Horatius,
^{cop.} si fortunatum species & gratia spectat,

Mer-

Mercemur serum, qui dictet nomina, leuum
 Qui fodiat latus, & cogat transponera dextram

Nec Porrigere. —

Hoc aliter intellexit maior ^f Plinius: alienis pedibus am- ^{alib. 19. cap. 10.}
 bulamus, alienis oculis agnoscimus, alienâ memoriam salutamus,
 alienâ viuimus opera. Censores & ipsi Nomenclatoribus
 sunt usi, indicat antiquum elogium;

L. VOLYSIO.

VRBANO.

NOMENCLATORI

CENSORIO.

Neque hoc ab re factum est, cum apud Censores, ciues
 nomina sua, uxorum, liberorum, libertorum, seruo-
 rumque profiterentur. Et sanè hic videtur censoribus
 nomina in memoriam reuocasse, non ciues citasse no-
 minatim, quæ partes præconis fuerunt. ^f Val. Maxi- ^{lib. 2. cap. 10.}
 mus: ut est ad Poliam ventum Tribum, præcoleto nomine Sa-
 linatoris, citandum nec ne sibi esset hastauis. Præconem ve-
 ri comitatus est ille, qui ^{c L. ult. de in-}
^{recommun.} Buccinator nominum appellabatur. Romæ legebatur via Salaria,

L. VOLYSIO. VRBANO. NOMENCLATORI

PRAETORIO. PAPIAS. SERVOS

PUBLICVS. BUCCINATOR. NOMINVM

PRAECONES autem familiares fuissent, persuadent nobis
 antiqui lapides, Romæ,

C. RULLI

PRAECONIS

VENVLEIAE. D. L.

TRVPERAE &c.

Narbone,

T VSI-

V SINIO
PRAECONI
ANTIOPAE. & præter hos Thal-
thybius, & Euribates Homerici. At cui nam usui?
l luuenalis:

Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat, ne
Suppositus venias, ac falso nomine poscas.
Agnitus accipies. iubet à praecone vocari
Ipsos Troiungenas. nam vexant limen & ipsi
Nobiscum.

Horatius de Vulteio Mena præcone,
— Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat.

SCRVTARIVM dixisset a Lucillius,
Quid ni? & scruta quidem ut vendat scrutariu' laudat,
Præfractam strigilem, soleam improbu' dimidiatam.

At hic Censorius Nomenclator, à quo digressi sumus,
translata in Cæsares Censoria potestate, Nomēlator à
censibus appellatus forsitan est.

DILS. VNO. OMNIBVS
TI. CLAVDI. AVG. LIB
THALETIS. VINICIANI
NOMENCLATORIS
A CENSIBVS

Et is Libertus fuit iuxta præscriptum domus Palatinæ.
Apparuerunt Nomenclatores & Proconsulibus. Ap-
puleius: quare à Nomenclatoribus suis Maxime (quamquam
est ille cauponibus, quam Nomenclatoribus norior) tamen in-
quam interroga, an hic Iunium Crassum Oeensem viderint?

• Apol. 1.

13V

MOB

non negabunt. Huius gregis postremi nobis, nec sanè admodum merito, erunt CVRSORES & TABELLARII. Cursoris operam indicat nomen ipsum. Petronius: hinc inuolutus coccinâ gaußapâ, lectice impositus est, præcedentibus phaleratis cursoribus quatuor. Præcurrere itaq; & præcedere cursorum suit. • Martialis,

Nec feriatus ibat ante carrucam,
Sed tutu' feno cursor ou' portabas.

Sed & prænunciare. Appuleius: misitq; protinus curso- b lib. 10. Met-
rem, qui vianti marito domus expugnationem nunciare est.

• Tacitus: supremo quidem die momenta deficiens, per di- c. Jul. Agricola
spositos cursores nunciata constabat. Suetonius: & conse- d Tito cap. 6.
stim quidem ad alterius matrem, que procul aberat, cursores
suos misit, qui anxie filium saluum nunciarent. Imò & e Nero cap. 49.
epistles perferre. Suetonius: inter moras perlatos à cursore
Phaontis codicillos præripuit legitq; &c. Et quidquid episto- f Lib. 3. 58.
las comitabatur. Martialis,

Cursorem sextâ tibi Ruffe remisimus horâ,

Carmina quem madidum nostra tulisse reor.

Imbris irmodicis cælum nam fortè ruebat,

Non aliter mitti debuit iste liber.

Suetonius in Nerone præcursum notauit, ut & Seneca.

ille: numquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, so g cap. 30.
leis mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armillata &
phalerata cum Mazacum turba, atq; cursorum. Verùm, qua-
les nam hæ phaleræ? nū ab equis translatæ ad cursores,
quod illorum vices implerent? & sanè non improbo
coniecturam. At apud Suetonium Mazacum loco, Ma-
zyces substituendi videntur. Mazyces enim Stephano
Numidæ sunt, quos ita perspicuum est præcursores fu-

T 2 isse,

^a Epist. 37.

isse, ut negantem coecum esse necesse sit. « Seneca : ô quām cuperem illi nunc occurtere aliquem ex his trossulis in via diuitibus, cursores & Numidas & multum ante se pulueris agentem ! Idem ^b auctor : omnes iam sic peregrinantur, ut illos Numidarum precurrat comitatus, ut agmen cursorum an-

^b Epist. 113.^c Lib. 12. 24. recedat. « Martialis,

*Non vector Libyci niger caballi,
Succinctus neq; cursor antecedit.*

En cursores & Numidæ iunctim recensiti. At Mazyces, ut diximus, Numidæ seu Nomades sunt, Mazaci Cappadociæ à Mazaca, si hanc inflexionem permittunt nobis canones Grammaticorum, apud quos Mazacenus, Mazaceus, & à Mazacis, Cappadox est, Mazacus nihil. Mazycum meminit ^d Iohannes Cassianus, ad quem plura annotauit PETRVS CIACCONIVS Hispanorum eruditissimus. Verùm ut una, quod dicitur, fidelia non duos tantum, sed & tres parietes dealbemus, legamus apud Lucanum, & quidem meo periculo.^e

^d Collat. 2.
^e cap. 6.^f Lib. 4.

*tum concolor Indo
Maurus, inops Nasamon, misti Garamante perasto
Marmoride volucres, aquaturus q; sagittas
Medorum, tremulum cum torcit missile, Mazyx.*

^f Cyneget. Es apud ^g Nemesianum,

^h si sunt equi
Mazyces,
quos laudat
Oppianus lib.
1. de Genat.
g in laud. Sti-
lsc. Panegyr. 1.


apud ^g Claudianum,

*nec spicula supplex
Intorquet Garamas, repetunt deserta fugaces
Autololes, pauidus proiecit missile Mazyx,*

^h Lib. 10. 6. Nostros tangit, ni fallor, ^b Martialis,

*Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis —*

Ad armillas quod attinet, damus hic earum exemplar, descriptum ex antiqua ærea olim inaurata, quam Romæ naœti sumus.



Et ex hac armillæ specie percipimus quid in mentem venerit ^a Isidoro scribenti, circulum rotundari, armillam ^{a lib. 19. orig.} extendi latius. Cornua enim (ut ita dicam) armillæ abe- ^{b cap. 31.} unt à circuli perfecto illo orbe. De huiuscmodi seruis equitibus satis dictum est. Ad pedites veniamus, quos

tinatos (utile ait) colore noctis, in varios usus comparabant. ^{a S. et s.} Iuuenalis,

— tibi pocula cursor.

*Getulus dabit, aut nigri manus ossa Mauri,
Et cui per medium nolis occurrere noctem.
Clinos & veleris dum per monumenta Latine.*

Ex eadem natione pedissequos aliqui habuerunt, ut glriosulus ille apud ^b Theophrastum. Aliqui balneatorem, ut ostentator nescio quis apud ^c Cornificium. Nonnulli garrulos puellos, ut ^d Augustus. Vini inferiores quidam, ut ^e Nasidienus; panis, ut ^f Trimalcio. Scurras alij, ut ^g Septimius Seuerus, & Phauorinus apud Philostratum. ^b Cleopatra eleganter, quæ pueros Æthiopes, ut prælucerent conuiuis domum reuertentibus, comparauit. Mauros autem fuisse suspicamur cursores illos, qui à Maximiano Aug. ad Victorem Maurum martyrem allegati sunt, ut ei dicerebant; ^h desperasti vitam tuam, nec vis sacrificare? conterranei nimirum ad conterraneum de sententia deducendum. Cursorum por-

^{k Lib. 5. deci.} ^{i apud Sur.} ^{To. 3.} rò Augustalium meminerunt præter alios D. ^{iuit. Dei ca. 26.} Augustinus: victor autem (Theodosius Augustus) sicut crediderat & prædixerat, Iouis simulacra quæ aduersus eum fuerant, nescio quibus ritibus velut consecrata, & in alpibus constituta, depositus; eorumq; fulmina, quod aurea fuissent, iocantibus, quod illa latitia permittebat cursoribus, & se ab eis fulminari velle dicentibus, hilariter benigneq; donauit. ^l Corippus etiā,

— prænuncius ante

*Signa dedit cursor, positâ de more lucernâ.
De habitu certum est, non omnes eodem usos esse; cum
Fl. Vopiscus tradat, Aurelianum Imperatorem Senato-*

ribus,

ribus, cursores eodem habitu quo ipse habebat, concessisse. Et quidem nisi Petronius phaleratos cursores Trimalcioni attribuisset, in eam sententiam propendebā, ut arbitrarer, Cæsarianos tantum phaleris usos esse. Quod enim hi albati essent, alij secus, hoc sanè non displicet, at huic uni discrimini quī acquiescam, ego non video.

Fuit profectò alba vestis Cæsarianorum, indi- ^{a Domit. ca. 12.} cantibus ^b Suetonio & ^b Aristide; At cursores in luto & ^b Sacror. Scr. puluere albatos, vix animo concipio. Et quia lien peculiare cursus impedimentum est, ideo cursoribus iniuti consueuerat, vel extingui potione, ut tradit ^c Plinius, hodie apud Turcas eximi cursoribus Regiis, testan- ^{c lib. 26. cap. 13. lib. 11. cap. 37.} tur a scriptores rerum Turcicarum. Cursoribus suis Ce- ^{d Menasius.} sares unum aliquem præfiebant, qui in veteribus e- ^{lib. 4. cap. 13.} logiis appellatur PRAEPOSITVS CURSORVM. Neque verò iidem cum his nostris fuerunt classiarii, qui ab Ostia & ^{e Suetonius} Puteolis, Romam pedibus per vices commeabant. Cur- ^{f Cicero: memini enī, cum homi- fad Q. Fratt.} sores dominum ut diximus præcedebant. Subsequebā- ^{temporarem ad Baias Neapoli octophoro Aniciano, macha- lib. 11. ep. 9. u-} tur MACHAEROPHORI. ^{g Asconius: vehebatur Clodius equo, in Milonia-} ^{gnarus sui comitatus, repente aperuit lecticam, & penè ille ti. tur se fuisse more, ego risu corrui.} ^h Detabellarii agemus paucis. Petronius: anus enim ipsa inter dinersitores diutius ingurgitata, ne ignem quidem

Nam si Pieria quadrans tibi nullus in umbra ostendatur, ames nomen victimq; macherae. ⁱ T 4 admo-

^{a lib. 9. famili. ar. ep. 11.}

admotum sensisset, & forsitan pernoctassimus in limine, nitabellarius Trimalcionis interuenisset x vehiculis diues. ^a Ciceron: duabus tuis epistolis respondebo; uni, quam triduo ante accepseram à Zetho, alteri quam attulerat Phileros tabellarius. Zethi nomen ex Aelii Cæsaris instituto cursori non potest non conuenire, refert enim Spartanus, illum cursoribus suis, exemplo Cupidinum, alas frequenter apposuisse, eosque ventorum nominibus sæpè vocitasse; Boream alium, alium Notum, item Aquilonem aut Circum, ceterisque nominibus appellantem, ut indefesse atque inhumaniter cursitarent. Currentius ille, cuius meminit D. ^b Hieronymus, ad hanc normam natus nomen est. Tabellarii videlicet laus est cursus & festinatio. Fuerunt autem qui cursores cum seruis à pedibus confunderent: sed insigniter falsi sunt. Tabellarii autem, & tabelliones à tabellis, seu tabulis ideo appellati sunt, quod ante chartæ & membranarum usum, in dolatis ex ligno codicillis epistolarum colloquia scribi solita essent. Tabellio idem qui exceptor fuit, & scriba publicus. Porro excipere actuorum erat, siue notariorum. quo munere aliquandiu functi sunt ^c Genesius, & ^c Cassianus clarissimi martyres, quorum ille exceptoris officio fungens, cum impia edita, quibus Christiani puniri iubebantur, nollet excipere; & projectis in publicum tabulis, se Christianum esse testaretur, comprehensus atque decollatus est; alter, execrabile ducēs Christianorum neci deseruire, sub Christiana confessione triumphum meruit obtinere martyrii. Et hinc quod cecinit ^d Iuuenalis,

Quis dabit historico, quantum daret acta legenti?

Glossæ

Glossæ veteres interpretantur, acta legenti, exceptori. TABVLARI autem, quos ^a Arcadius & Honorius A A. seruiti obnoxios esse vetuerunt, rationes publicas tractabant; ideoque dicuntur aliquando computare: nec non & Numerarii, & Calculatores vocantur. A tabulis verò denominati videntur eâ propè ratione, qua tabularium; quod nobis Italis sumentibus à Græcis mutum, Archium est. ^b Ouidius eleganter;

— intres licet ipsa sororum

Tecta trium: cernes illuc molimine vasto

Ex are & solido rerum tabularia ferro.

Nec male ^c Marcianus Capella: Clotho verò, Lachesis, Atroposq; quoniam sententias Iouis orthographæ studio veritatis excipiunt, utpote libraria superum, Archiviq; custodes, cum Senatum Curiamq; contrahi, & ipsum Torantem exnuis indussi publicè cernerent, Magistratus in acta, cœlestiumq; consultum, stylos acciunt cerasq; componunt. Alii ab his tabulariis publicis fuerunt illi, qui Palatini ministerii erant portio non contemnenda. ^d TABVLARI VIDELICET AVGVSTORVM vel AVGVSTARVM, RATIONIS PATRIMONII, seu A marmorib. PATRIMONIO, RATIONIS HEREDITATVM, XX HEREDITATVM, FISCI ALEXANDRINI, PROUINCiarum LUSITANIAE & VETTONIAE, PICENI, CYPRI, Tabularius VILLÆ TIBURTIS, Tabularius A MVNERIBVS, RATIONIS FISCI, rationis VESTIARIAE, à VEHICVLIS, & alii complures, quibus & ADIVTORES non sanè pauci dati sunt, tum ut moli negotiorum pares omnino essent, tam ut Cæsarum maiestas ex hoc etiam capite elucesceret. Domino peregrinanti præsto erant familiares ministri. Horatius,

Nam mihi continuo maior quærenda foret res,

^{e lib. 1. Sat. 6.}

V Atq;

^a L. V. C. Th.
de Tabul. Lo-
gogr. & Cens.

Atq; salutandi plures : ducendus & unus
Et comes alter, uti ne solus rusue peregre-
-ve exirem; plures calones atq; caballi
Pascendi : ducenda Petorrita.

a lib. 8. 75. Seruulus apud Martialem huius loci est;
Tammacer, ut minimam posset vix ferre lacernam.

b lib. 3. Ep. 16. Plinius iunior: nempe enim (inquit) daturi estis consulari
viro seruulos aliquos, quorum è manu cibum capiat, à quibus
vestiatur, à quibus calcietur: omnia vel sola præstabo. Sunt
verba magna illius nostratis heroinæ (Arriæ inquam)
milites orantis, ut sinerent cum Pæto marito, nauem a-
scensuro, simul imponi. Seneca: quia non potest (inquit)
creditor domini sui fieri, si pecuniam illi dederit. alioqui quoti-
die dominum suum obligat. peregrinantem sequitur, agro mi-
nistrat, & labore summo colit. Famulitii urbani alterum
caput erat negotiatio, cui subiungemus rei dominicæ
procurationem. Ethi quidem vindicat sibi primas
d lib. 1. de in- seruus ACTOR. Rabanus Maurus; quoniam enim Actor
an. Cler. ca. 10 prudens & bonus, scit quid sit domini sui censu, & omnis sub-
stantia modus, & redigit apud se totius possessionis instrumen-
o Phormione. ta originalia. Ehi videntur fuisse, quos Ael. Donatus
maiores domus appellat. quod enim apud Terentium
Demipho ita Getam alloquitur,

D. ob

Bone custos salue, columnen vero familia.
id ille ita interpretatur, columnen culmen, an columnen colu-
mna? unde columella apud veteres dicti servi maiores domus.
Lucilius XXII.

Seruus neg. infidus domino, neg. inutili quoiquam
Luceili Columella hic situ' Metrophanes.

ita

ita enim legendum est hoc distichon. Pergit porrò Do-
natus confirmare interpretationem suam testimonio
Tuberonis, eius nimirum, cuius non semel meminit
Gellius: (hinc in millesimum annum eorum columine ciuitas
continebitur.) ita ut nihil prorsus Tuberoni sit cum epi-
taphio Lucilliani Metrophanis. Et hoc referenda est
sancio Regis Theodorici, qui precium occisi Actoris
centum solidis taxauit. Neque aliunde fluxit Iul. b Pauli
sententia, existimantis animaduertendum esse seueris-
simè in eum, qui Actorum corrupisset, ut qui posset ra-
tiones dominicas intercidere, vel adulterare, vel etiam
rationem sibi commissam turbare. Imò etsi seruus, qui
AQuum domini gessisse diceretur, in commissum ceci-
derat, non vendebatur; sed pro eo, viri boni arbitratu,
estimatio dabatur, ex rescripto D. D. Seueri & Anto-
nini. Sed & Iustiniano Aug. idem obuersatum est;
cum in seruili etiam persona gradus quosdam conde-
mnationis voluit obseruari, ut aliud in vilissimo vel
compedito ius estimationis constituatur. nec iniuria
sanè ut vidimus, ideoque recte Iuuencus, seruos à pa-
trefamilias missos ad colonos agricolas, ut vineti fru-
ctus perciperent, Actores interpretatur;

Tum longinqua petit; sed fructus tempore certo
Actores famulos mittit, queis portio salua
Cultorum, certa ruris mercede daretur. IT

Et quoniam unus non omnia poterat, adiutoribus A-
ctor utebatur. Scœuola; item quero, an ea quæ exacta sunt f L. 40. de Ra-
per adiutores eius (Actoris) neq; Calendario illata sunt, aut tulib;
fraudulenter acta, huic adscribi possint cum esset his prepositus?
Calendario autem præponebatur aliquando seruus cred.

V 2 quis.

quispiam, ut pecunias domini exigeret, crederetque.
 & hic A CALENDARIO forte dictus est. Calendarium ve-
 rò, seu pagina Calendarum, ut vocat "Martialis, codex
 nominum fuit, in quem nomen debitoris Seii aut Caii,
 cum summa pecunia singulis calendis exigendæ, refe-
 rebatur. ^b Seneca; nemo beneficia in Calendario scribit, nec
 auarus exactor ad horam & diem debitorem appellat. Actor
 secundarum in familia fuit DISPENSATOR, qui Græcis
 οἰκορόμης dictus est, meminerunt autem antiqui tituli.

SIGNVM
 HERCVLIS
 DORVS. LARC
 DISP. QVI. ANTE. VILICVS
 HVIVS. LOCI
 item EPAPHRAE DISP.

T. ARIANI
 ANESIS. FILIA. VIRGO
 VIXIT. A. XVII

DIS MANIVS
 ONESIMI CAEPIONIS
 HISPONIS DISP
 TI. CAEPIO HIERONYMVS

ET SIBI ET SVIS
 & quidem Dispensatores dicti sunt ideo, quod olim as-
 pensantes expenderent, non adnumerarent. Tradit
 hæc vetus interpres ad Persium: fuit autem assis liberalis,
 & dipondius, quod bodicin usu remansit; & solebat pensari
 potius

a Lib. 8.

b lib. 1. de be-
nef. cap. 8.

potius quam numerari, unde & Dispensatores dicti PROROGA-
 TORES. hic ego olim cogitabam Prorogatores rectum
 non esse. Procuratores enim aut Erogatores videbatur
 rectius; sed hallucinabar tamen. Arcarios enim proro-
 gatores tritici appellat ^a Cassiodorus: & Petrus Chryso- ^{a lib. 10. 28.}
 logus non semel hac voce utitur. ^b ut; de cœlestibus condi-
 tis, de horreis diuinis rationem reddit, præstabit causas Eccle- ^{b Serm. 26.}
 siæ prorogator. ^c &, dispensator ergo diuini verbi, & cœlestis ^{c ibid.}
 doctrinæ prorogator, qui ante Dominum stat iugiter. ^d &, est ^{d Serm. 13.}
 consuetudinis, est animi felicis, ut adscitus quis est ad regnum,
 quod fuit proprium, quod priuatum, mox parentibus, mox pro- ^{e Serm. 121.}
 pinquis, ciubus indigentibus, liberaliter prorogare. ^e idem,
 Abraham, fratres, non sibi sed pauperi diues fuit, & opes non
 habere, sed prorogare gestiuit. idem ^f alibi; sed bonum nobis, ^{f Serm. 125.}
 bonum nimis, si ad nos ista aptemus singuli, si ad nos ista refera-
 mus, qui in terra nos debemus sentire vilicos, dominos non phu-
 tare: prorogationis temporaria ministerium suscepisse, non in-
 uenisse ius perpetuum possidendi. De Dispensatore ^g Cicero: ^{g in Hortesio.}
 quid tu inquam soles, cum rationem ab Dispensatore accipis, si
 era singula probasti, summam que ex his confecta sit non pro-
 bare? Et hæc sanè ratio immaniter exacta plerumq; est.
^b Seneca: audio (inquit) circa horam tertiam noctis, flagello- ^{b Epist. 133.}
 rum sonos. quaro quid faciat? dicitur rationes accipere. ⁱ Iu-^{i Sat. 6.}
 uenalis,

Et cædens longi relegit transuersa diurni.
 ubi antiquus Grammaticus diurnum, ratiocinium in-
 terpretatur. Nec aliò forsan respexit ^k CHRISTVS domi- ^{k Matthæi}
 nus, parabola usus serui, quem herus tradidit tortori- ^{cap. 28.}
 bus, quoadusque redderet uniuersum debitum. Dispens-
 ator autem conseruis ^t τὸ σιτομέτρον, seu τὸ τροφιὸν præ-

V 3 stare

*Ad neophy-
tos. Serua. 1.
b Sat. 14.* stare consueuerat, Demensum nimirum. D. Zeno Ve-
ronensis: *Ioseph promotus ad mensuram prærogat cunctis an-*
nonam. lege; Ioseph promotus, ad mensuram prorogat
cunctis annonam. *Iuuinalis de auaro patrefamilias,*
qui munus obibat Dispensatoris;

*Seruorum ventres modio castigat iniquo,
Ipse quoq; esuriens.—*

Notat autem sordidos, qui in illud incumbebant, ut de
menstruo etiam Demenso lucrarentur, aliquid semper
corradendo. Et hicerat menstruus Canon, quatuor vel
quinque tritici modiorum in singulos, diurnus fuit, ut
c Lib. 1. Sat. 5. quidam senserunt, libra farris. Horatius,

*Deniq; cur umquam fugisset: cui satis una
Farris libra foret.—*

d Sat. 9. *Iuuinalis,*

*Deterior tamen hic, qui liber non erit illis,
Quorum animas & farre suo custodit & ære.*

Nisi dicamus utrobique far pro pane usurpari, & ludere
Horatium in pusillum & gracilem, cui non iustum De-
mensum, sed extra ordinem, pro modo & quantitate
corporis præstaretur. Quod enim XII. tabula, nesis li-
bram farris in dies, pro viatu præscriberent, ad seruos
trahi nequaquam potest; quia cum illis olim agebatur
immitius, ne dicam immanius, puniendæ eorum perfidiæ
gratia, qua inopiæ temporariæ adimebatur subsidium
illud, quo communis omnium vita indiget. Alio-
qui seruis ad rationem Demensi, cibarii panes quoti-
die, vel bilibres, vel etiam trilibres assignabantur. Quod
c Lib. 3. cap. 2. ut statuam facit in primis Cæl. Aurelianus, qui ita scri-
bit: *sic deniq; plurimi impausabiliter tota die atq; nocte cibum*
sumpsisse

sumpsisse veteribus traduntur. namq; Asclepiades memorat,
Praxagora & famulum ternos bilibres panes per singulos dies ac-
cepisse, quibus comeditis, non aliter passione afficeretur, quam si
nihil acciperet. hic certum est, latere canonem quotidiana-
num sub immostra illa quantitate, quæ famuli morbo-
sam esuriem nullo modo leuaret. Mouet me deinde
Catonis auctoritas, qui compeditis per hiemem panis *Tu. 18.*
P. III. ubi fodere coeperint P. V. dari præcipit. adeò ut
urbanis ministeriis panis P. II. vel III. sufficere potue-
rint, cum neque fodere aut opus facere necesse habe-
*rent, & quoad pulmentaria & obsonia laetus acci-
pientur urbani, quam rusticæ servi. Dixi autem assigna-*
tos videri quotidie panes ad rationem Demensi, quia
Demensum variauit aliquando; modò enim IV. modò
IV & S. modò V modiorum fuit, prout ferebant & anno-
næ ratio, & dominorum qua splendor, qua fordes. Ab
hoc autem ministerio Dispensator & aliud nomen in-
uenit. dictus enim est A FRVMENTO. Romæ,

VOLVSIAE. ARBVSCVLAE

PALLANS. Q N

A FRVM

CONTVBERNALI. CARISSI

MAE &c.

&

DIS . MAN

ASCLEPIADI

ATHICTVS. L. N

A. FRVMENTO

VICARIAE. CARISSIMAE &c.

Idem MINISTRATOR A FRVMENTO, & ACTOR A FRVMENT-

V 4 TO

to diūtus est, nisi velimus Ministratori & Actori quandoque obtigisse, ut & hoc munere, tamquam subsidarii fungerentur. Illud utiq; minimè controuersum est,

^{a lib. i. ep. 14.} Diaria seruis exhibita fuisse. Horatius ad villicū suum;

Cum seruis urbana diaria rodere manis,

Horum tu in numerum voto ruis, —

^{b Lib. II. 109.} ^b Martialis,

Sed lupus usuram, puerīg, diaria poscunt.

Petronius ad anseres translulit, feliciter planè ut solet: *vix ad casæ hostiolum processerant, cum ecce tres anseres sacri,* qui ut puto, medio die solebant ab anu diaria exigere, impetum in me faciunt. Diurnum vocat ^c Seneca: *ille qui superbus atq; impotens, & fiducia virium tumidus ait,*

Quod nisi quieris Menelae, hac dextera occides,

^{d de bello Gil.} ^d diurnum accipit, in centunculo dormit. allusit ^d Claudianus don.

Pascimur arbitrio Mauri, nec debitare reddi,

Sed sua concedi iactat, gaudetq; diurnos

Vt famula præbere cibos. —

^{e Serm. 14.} Codicem verò in quem hæ prorogationes referebantur, diurnum vocat Chrysologus; *in cælo prima est esuriensis annona, prima stipendia pauperis tractantur in cælo, ergatio pauperis prima diuinis scribitur in diurnis.* Et hæc diurna num adseruabant illi, quos vocabant AB EPHEMERIDE? ^f vetus marmor olim vulgatum hæc habuit,

PROC AB. EMPHEMERIDE. PROC. A

MANDAT. S. PROC. ET. AD. PRAEDIA

GALLICANA. PROC. SALTVS. DOMITIANI &c.

^{lib. I. origin.} ^{cap. ult.} Fuit autem is THEOPREPON ALEXANDRI AVG. LIB. Et quidem Isidorus affirmit, quod Latini diurnum, Græcos Ephemerida dicere. Diurnarii verò, quorum memine-

runt

runt ^a Valentinianus, & Valens AA. non huius loci ^{a L. 8. c. Th.} ^{de cohort.}

sunt, sed eiusdem, cum Subscribendariis, Tabulariis, ^{princ. corn.}

Logographis, ac Censualibus ordinis. Canon autem,

cuius meminit ^b Saluianus, mihi compertus non est, an

sit ad rationem diurnam referendus, an ad menstruum

dimensum, an ad pensionem annuam, quam serui, sti-

pendii cuiusdam vice acciperent. Iusta sanè, quæ vocat

^c Columella, sunt panis, potio, vestis, manicæ, pedum ^{clib. I. cap. 8.}

tegmina. Et hæc omnia præstare tenebatur dominus

seruo. ^d Seneca: *est aliquid, quod dominus præstare seruo de-*

^{d lib. 3. de be-} *beat, ut Cibarium, Vestiarium.* ^e Idem: *at qui de iniurijis domi-*

^{e nef. cap. 21.} *norum in seruos qui audiat positus est, qui & sauitiam & libidi-*

^{e cap. 22.} *nen, & in præbendis ad victimum necessarys uaritiam compe-*

scat. Affine munus Dispensatoris ministerio obiuit TES-

SEARIVS. Tesserarum usus apud veteres in qua celebri-

tate fuerit, nemo est qui nesciat. has qui accepissent,

videntur ad Tesserarios attulisse, ut ab eis inuicem reci-

perent frumentum, nummos, vestem, gemmas, man-

cipia, iumenta, &cætera huiusmodi. Romæ multi de-

scriplerunt,

SYMPHORO

TESSERARIO

SER. CAESARIS

DE. DOMO. GELO

TIANA. FECIT

PHILODES POTVS

EX. HERMAEO

FRATRI. B. M.

Tesseræ cuius figuræ essent, satis indicat nomen. Mate-
ria earum Ligustrum fuit, ut afferit Plinius. Ego ebur. ^{f lib. 16. ca. 18.}

X neas

neas vidi non paucas: & eiusmodi unica apud me est,
cuius hic exemplum apposui, ut usum Tesserarum ali-
quem constituere pos-
simus. Hinc patet, no-
tas illas SP. vel SPECT.
quæ doctos viros huc
usque torserunt, nihil
aliud significare, quām
SPECTAVIT. ut detur in-
telligi, conductos fui-
se aliquos, veluti ab Editore gladiatores insignes, rude
olim donatos, spectandi gratia non pugnandi. Et sanè
in his Tesseris vix aliud symbolum videas (ego sanè nō
aliud vidi) quām fuscinarum & palmarum, quæ ad lu-
dum gladiatorium pertinent. Vulgauerunt earum in-
scriptiones alii, cum titulo nescio cuius eburnei Figli-
ni, quod ego non satis capio. Nomina quæ in ipsis le-
guntur, seruilia procul dubio sunt, ANTHVS, FAVSTVS,
INGENVOS, OLYMPVS, REPENTINVS, HERMES, FELIX, PHILO-
DAMVS, PILARGVRVS: & me iudice non alios innuant,
quām Tesserarios nostros, ut is cui Tessa obtigerat,
haberet statim in promptu nomen erogatoris familia-
ris. Non pugnabo tamen admodum, si quis gladiato-
res qui spectabant interpretetur: prionor utique in pri-
orem illam seu divinationem, seu coniecturam. Ut ut-
res sit, illud profectò statuendum videtur, huiusmodi
Tesseras in usu fuisse, ut spectatores inde aliquid lucra-
rentur. b Martialis;

*Aldm in or-
ogr.*

b Lib. 8. 78.

Nunc veniunt subitis lascivis numismata nimbis,

Nunc dat SPECTATAS Tessa longa feras.

FILOMVSVS. PERELI.

SPECTAVIT.

Nunc

Nunc implere sinus securos gaudet, & absens
Sortitur dominos, nec laceratur avis.

Et nunc demum intelligemus, quod est apud Gellium,^{a lib. 10. cc. 27}
de Q. Fabii epistola ad Carthaginenses missa; M. Varro
autem non hastam ipsam, neq; ipsum caduceum missa, sed duas
Tesserulas, in quarum altera caduceum, in altera simulacra ha-
stæ fuerunt incisa. b Claudio ad has inscriptas Tesse-<sup>b de laud. Sti-
ras, & quidem eburneas, non videtur respexisse:
lic. Paneg. 3.</sup>

Tum virides Pardos, & cetera colligit Austris
Prodigia, immanesq; simul Latonia dentes,
Qui secti ferro in tabulas, auroq; micantes,
Inscripti rutilum caelato consule nomen,
Per proceres & vulgus cant. —

Descripsit autem hisce carminibus Dypticha. c Valentianus, Theodosius, & Arcadius AAA. illud etiam con-<sup>e L. 1. C. Th.
stitutione solidamus, ut (exceptis Consulibus ordinarijs) nulli
prorsus aletri auream Sportulam, & Dypticha ex ebore dandi
facultas sit. cum publica celebrantur officia sit Sportulis num-
mus argenteus, alia materia Dyptichi. d Symmachus: quæso
igitur ut eius nomine Dypticha, & Apophoreta suscipere digne-^{d lib. 2. ep. 80.}
mini, qui apparatu eius plura & præclara tribuistis. præterea
domino & Principi nostro, ad referendam largitatis eius sedu-
lam magis, quæ parem gratiam, auro circumdataum Dypti-
chum misi. ceteros quoq; amicos eburneis pugillaribus & cani-
stellis argenteis honoraui. Et hæ Tesserarum nostrarum e-
pigraphæ explicant nobis sententiam e Theodosii & e L. 3. C. Th.
Valentiniani: Perisse choregiæ nomen penitus amputetur, & ^{f de divers. re-}
Tesseræ designentur. & nostræ pietatis nomine censeantur.
quod est; felici nomine pietatis nostra impresso signentur, ut ^{f L. 10. C. de}
Imperator Zeno alibi loquitur, non enim satis erat ut ^{quad. lib. 11.}</sup>


X 2 Hono-

Honorianæ vocarentur. Frumentariæ & ipsæ minutæ fuisse videntur; & Persius ideo Tesserulas appellat;

Publius emeruit scabiosum Tesserula Far.

Sat. I.

paruos autem globulos ligneos, quorum meminit ^a Io-
hannes Xiphilinus epitomator Dionis, qua ratione ad
Tesserulas referam non video. obstat enim forma. Quid
autem si missilia fuerint? Et quidem ad Dionis, seu Xi-
philini mentem propè accedunt eburnea quædam cir-
cularia segmenta, notis numeralibus inscripta, quæ Ro-
mæ cum essem, anno MDCVII, eruta fuerant. Sunt au-
tem huiusmodi, expressa ex archetypis, quæ apud me
domi habeo.



Lector & Spectator noster his utatur, fruatur, ea lege, ut
si quid occurrerit certius, candidè impertiat studiosis.
Vidi autem aliquando, & nummos veteres, Augusti &
Tiberii (si rectè memini) in quibus auersis, huiusmodi
notæ numerales conspiciebantur. Neque verò globu-
los illos & sphærulas è Tesseralum numero eximere
consilium omnino mihi est, cum videamus non raro
transire in aliam figuram res, quæ ab arte sunt, manen-
tibus tamen primigeniis nominibus. Dispensatori no-
stro (ut ad illum reuertamur) credita fuit Arca, ut ex ea
b L. 2. Sat. 1. erogaret. ^b Iuuenalis,

sap. s. — neg enim loculis comitantibus itur

Ad

*Ad casum tabula, posita sed luditur Arca.
Prælia quanta illic Dispensatore videbis
Armigero?*

In summa quoties numerandum esset, toties Dispensa-
tor accitus est. ^a Macrobius: secuto omnium risu, Dispen- ^{alib. 2. Satur.}
satorum Caesar vocauit, & secessit centum millia Græculo nu- ^{cap. 5.}
merari iussit. rectè viros enim Principes comitabatur &
Dispensator, ut pecunia esset in promptu, & notauimus ^{b Declam. 345}
cum de Pedissequis scriberemus. Arcæ verò & Dispen-
satoris adeò indiscreta ratio fuit, ut ^b Fabius maior con-
iunctim retulerit. *ad summum* (inquit) in Republica nostra ^{c Turnebus li.}
honorem, non animus, non virtus, non manus mittit, sed Ar- ^{28. cap. 5.}
ca & Dispensator. ideoque Dispensator ARCAVIUS; & vi- ^{d L. 41. de fi-}
ce versa ARCAVIUS, Dispensator appellatus est ^{e Serm. 23.} alicubi. ^{descom. libert.}
Meminit Arcarii ^d Scæuola: Stichus Arcarius probante do-
mino nomina fecit, & rationes à domino scriptas exhibuit. ^{f ad Romanos}
Meminit & Chrysologus, sed tacito muneris nomine; ^{cap. 16.}
iterum contristatus es, quia quod habes in cœlis cogeris colloca-
re. rogo crede Deo tuo, qui seruo credis, & magis Deo, quam ^{g Panuinio}
homini commenda. Erasmus autem ille, quem Arcarium ^{de 7. Epibie}
Corinthi vocat interpres D. f Pauli, Græcè οἰνορόπης est. ^{Eccles.}
Ad cuius analogiam Arcarius, qui Romano olim Pon- ^{h Lib. 1. 10.}
tifici diuina mysteria celebranti aderat, præter tribu-
tis, ut & Arcarius Præfectorum ⁱ Cassiodoro, qui & Ar- ^{i ad neophyt.}
cæ arbiter. ^j Zeno Veronensis huc allusit: sane si quis ali- ^{k Iuue. Sat. 1.}
quid desiderauerit, qui reconcidit, Noe omnia illi Arcarius non ^{l Sat. II.}
negavit. Ceterum concinnè admodum Iuuenalis, Lo-
culos (ut vidimus) Arcæ opposuit. Arca enim (sive ^m xrrata sive ferrata) stataria fuit, Loculi mobiles & ge-
statorii. Ethos videtur tractasse unus quispiam è grege

X 3 mini-

<sup>a L. 23. depe-
cub. Log.</sup> ministrorum. Paterfamilias apud ^a Scæuolam ; testamento codicilli sue seruos manumisit, & peculia legauit : & de Sticho ita cauit, Stichum seruum meum liberum esse volo, eiq[ue] volo dari decem aureos, & quidquid ex ratione LOCVLORVM meorum habet. ad quem morem collineauit interpres ^b Ioh. Euangelistæ : dixit autem hoc (Iudas) non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & LOCVLOS habens, ea qua mittebantur portabat. appositè ad Iuuenalem scribit ^c Asconius ; unde quia maior summa est pecunie publica quam priuata, ut pro censu P. R. ararium dicitur, pro Loculis & Arca thesauri &c. Par ministerium fuit & illius, qui CRVMENAM, & eius qui MARSPIVM gestabat ad nutum domini. Q. Labeo apud ^d Gellium ; quidam, inquit, L. Veratius fuit, egregiè homo improbus, atq[ue] immani vecordia. is pro delectamento habebat os hominis liberi manus sua palmae verberare, eum seruus sequebatur crumenam plenam assūm ^e Menachmis. portitans. & rel. Apud ^f Plautum verò Menachmus Sosicles Messenionem seruum alloquitur :

Ego iſſuſ canebo : cedo dum mihi huc marsupium.

<sup>fleg. L. de le-
gat. 3.</sup> Obſtītabantur autem Loculi clauibus. ^f Vlpianus : ſunt tamen quædam, que omnimodo legatum consequuntur, uſeſtum legatum continet & fulra : & armariis ac loculis clauſtra & claves cedunt. Quandoque tamen Loculi claves ^{glub. 14. ea. 13.} tantum seruabant. ^g Plinius : Fabius Pictor in Annalibus ſuis ſcripsit, matronam, quod Loculos, in quibus erant claves vinariae cellæ, resignauifſet, a ſuis inedia mori coactam. Quæ <sup>h Q. Cicer. 16
Fam. Mar.
ſtatis lib. 9. 89.</sup> signandi conſuetudo etiam ad aliud, quam ad ^b Lagenas, transit. Materfamilias apud ⁱ Plautum ;

Obſignate cellas : referte annulum ad me.

<sup>i Casina.
k Cap. 27.</sup> & Principes Sacerdotum apud ^k Matthæum Euang. mu- nierunt

nierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem. ^a Ioh. Cassianus : eti. ^a lib. 4. de in- am annulos, quibus recondita præſignemus, in digitis palam ge- ^b fitut. verum. cap. 15. ſtarre præſumimus, quibus non ſolum ciftella, vel ſportæ, ſed ne arca quidem vel armaria, ad ea que congerimus, vel que egrēſi de ſeculo reſeruauimus, condenda ſufficient? At de his fa- tis. Notandum autem eſt, ^b Dispensatorem locaffe alii ^b L. 11. infi. 11 quando operas vicariorum. ^c nihil enim vetabat, quin ſeruus vicarios, & eorum peculium, ipſe in peculio ha- ^{L. 12. de inſi- tor. 48.} bere poſſet, ad quam rationem Athenio Ciliſ Dispensator & ipſe, ducentis ſeruis præſuit, ut notauit ^d Dio- ^{c L. 7. 9. nla. de pecul.} dorus. Ab Aſtore & Dispensatore non omnino diſſert PROCVRATOR. Petronius : iam ad triclinium veneramus, in cuius parte prima, Procurator ratiōnes accipiebat. ^e Fabius ^{e Declam. civ.} maior : ſatis ſit vobis (o diuites) hoc uertas pŕſtare fortu- ^f nas, quod per Dispensatores feneratis, quod familiam per Pro- curatores continentis. Bonifacius martyr, Aglaidis ſeruus, huiusmodi ministerio funsus eſt, ut tradidit Metaphraſtis interpres ^g Lipomanus : quem tamen & Romanæ Ec. ^{g apud Sar.} To. 3. ^f Lectiones Domitillæ Procurator, qui Domitiano Cæſari ſuffudit ^{Breviar.} inguina, Libertus quidem fuit, ut afferit Ioh. Xiphili- nus ; at id ex præſcripto diuinæ (uti appellabant) do- mus, cuius moribus receptum iam diu erat, ministeria ſeruilia Libertis demandari. Et hæc dicta ſint de ſeruo Procuratore. Procuratore enim liber homo, omnium al- terius rerum quidam penè dominus, alienique iuriſ vi- carius, ad nos non pertinet. Procuratores CAESARIANI (ut illos etiam obiter innuamus) innumeri penè fue- runt, digni ſanè ut eorum officia, cum ingenti illo colli- bertorum omnium agmine, explicentur peculiari com-

mentario, quem nos iam nunc voto destinamus eruditio alicui viro, qui stilo & meditatione hæc assequi possit Recensentur autem in veteribus monumentis, PROCVRATIO ORNAMENTORVM; BIBLIOTHECAE; PATRIMONII ET HEREDIT.; XX HEREDIT; AVRARIARVM; BALNEI FORMIS; FVNDIS CAIETAE; LAVENTO ADELEPHANTOS; A RATIONIBVS; VILLARVM TVSCVLANARVM; SVBPROCVRATOR VI-CESIMAE, & alii non pauci. At illud hic obiter velim animaduerti, huiusmodi seruos impegitse plerumque in meretricios scopulos, non sine magna rei dominicæ iatura. ^{a L. 16. de ser. corr.} Alfenus: dominus seruum Dispensatorem manumisit, postea rationes ab eo accepit, & cum de eis non constaret, comperit apud quamdam mulierculam pecuniam cum consumpsisse. ^{b Lib. 5. 43.} Martialis;

Dispensatorem fallax spoliabit amica,

Mercibus exstructas obruet unda rates.

Neque sanè ab re commentus est apud Petronium ex tempore Eumolpus; inter cetera apud communem amicam consumpserunt pecuniam meam, à qua illos proxima nocte extraxi, mero unguentisq; perfusos. ad summam adhuc patrimonij mei reliquias olent. ^{c Matth. 24. Lucas 12. d lib. Histor. Eu.} CHRISTVS dominus huc allusit nō semel, & expressit Iuuencus;

Ast ille infelix, qui obscurè luxuriatus;

Tardantem contemnit herum, seruosq; fatigat

Verberibus, segnisq; indulgens ebrietati

Luxuriosorum coniuia concelebrabit &c.

^{e L. ult. quod cum eo, L. 19.} Neque verò ab Actore, Procuratore, Dispensatore illi ^{f l. 13. cod. L.} videntur esse abiungendi, quos PIGNORIBVS accipiens ^{g l. 18. de solu. & liberat. L. 5. in princ. de insti-} dis, mutuis PECVNIS dandis, fœnerandis, accipiendis, exigendis; & MENSÆ præpositos appellantⁱ. Cti nostri:

Dani-

Danistas & Trapezitas. EXACTORES huius planè numeri sunt. ^a Scæuola; Stichus Arcarius probante domino nomi na fecit, & rationes à domino scriptas exhibuit, nec postea no men ullum fecit. quero an si qui minus soluendo fuerint debitores, quibus alij Exactores erant applicati, nondum videatur conditioni satisfactum? Meminit autem antiquum elogium, quod extabat olim Romæ in musæo Carpensi,

SEX. POMPEIUS FAVSTVS

SEX. POMPEI. EXACTOR

Apud Cæsares fuit peculiaris Exactor HEREDITATVM, LEGATORVM, PECVNIORVM; ut testantur veteres inscriptiones. ad hæc Exactor AVRI, ARGENTI, AERIS, in officina monetæ; & Exactor OPERVM DOMINICORVM. Verùm qui ratiocinium non didicisset, is excludebatur his munib; Petronius: hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, dein Dispensator factus esset, omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. Et huc forsitan pertinet, et ille, qui olim dicebatur Procurator Cæsaris, RATIONALIS ^b aucto posteriorē appellaretur. ^b Lapidilis; & quia de publicādis dispositionibus mentio contigit, ubi aliquos voluisse vel Rectores prouincij dare, vel Præpositos facere, vel Procuratores, id est Rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis, si non probasset, subiret pænam capitalem. Is autem, cui Ratiocinium in familia obtigerat, RATIOCINATOR dicebatur, seu a RATIONIBVS. In domo Cæsarum Libertus pro more huic muneri præfiebatur; & legitur in vetere marmore Lanuino,

T. AVRELIO.

AVG. LIB

Y APHRO.

APHRODISIO

PROC. AVG.

A. RATIONIBVS

^{a Claudio ea.} Suetonius: sed ante omnes (Libertos videlicet) Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus; quos decreto quoq;
Senatus, non præm̄is modò ingentibus, sed & Questor̄s Prætor̄s q̄ ornamenti ornari libenter passus sit. A calculis item,
id est lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes,
numeros componebant, dictus est CALCULATOR seruus.

<sup>b L. 7. de o-
per. Libertor.</sup> Vlpianus; nam huius quoq; est ministerium, si forte vel Li-
brarius vel Miniculator, vel Calculator sit. quæ sanè ars nec

<sup>c L. 17. de ex-
ensas, Tutor.</sup> ingenuos dedecuit, Modestino teste; μηδὲ λιθεαγίσση,
μηδὲ καλυκάτορας, οὐδὲ Δεψύφιστες λέγομεν. Ediscabant
autem hæc pueri cum literarum primis elementis. D.

<sup>d lib. 1. confess.
cap. 12.</sup> Augustinus: adamaueram enim Latinas (literas) non quæ
primi magistri, sed quas docent qui Grammatici vocantur.
nam illas primas ubi legere, & scribere, & numerare discit, non minus onerosas pænalesg; habebam, quam omnes Græcas.

<sup>e lib. 1. origin.
cap. 3.</sup> Isidorus; primordia Grammaticæ artis, litera communes
existunt, quas Librarij & Calculatores sequuntur, quorum dis-
ciplina velut quedam Grammaticæ artis infantia est. Iulius
Capitolinus de Helvio Pertinace Imperatore; puer lite-
ris elementarijs & calculo imbutus. Horatius lepidè,

Romani pueri longis rationibus essent.

Discunt in partes centum diducere. dicat

Filius Albini, si de quincunce remota est

Vncia, quid superat? poteras dixisse Triens. tu

Rem poteris seruare tuam. redit uncia: quid fit?

Semis.—


<sup>f Epistola ad
Pisonem.</sup> Huius loci sunt quæ Ds Augustinus recensuit: iam ve-

APHRODISIO

rō unum & unum duo, duo & duo quattuor, odio sa cantio mihi
erat. quæ cantio hodieq; exauditur apud hosce magi-
stellos, quos antiquitus Cauculones seu Calculones vo-
cabant. Ceterum priscam illam calculandi rationem ex

^{a Volusio Mæciano} perdiscere possumus, & ex tabella

<sup>a edidit Elias
Vineus.</sup>




numeraria, cuius formam & usum primus omnium c-
didit MARCVS VELSERVS IIvir Augustanus, virtutis &
a in explicati-
one inscriptio-
nis Duilliana,
& in Lib. de
nummis.
b Numism.
Dial. 9.
doctrinæ gloria præstantissimus Romani porrò Aba-
ci, qui apud F. VRSINVM extaret, meminerunt ^aP. C. A. E-
CONIVS, & ^bANT. AVGYSTINVS Hispanoru[m] doctissimi.
Nos verò non Augustanum, sed Romanum exprimen-
dum curauimus; tum quod illius typus, quando hæc
scribebamus, ad manum minimè erat; tum quod in
hoc nostro notæ numerales ad antiquas proprius acce-
dere viderentur, venustiore nescio quâ & castiore con-
formatione. Quod utut verum sit, illud utique certum
est, publicè interesse, vulgari & hunc nostrum Italicum,
ut insigne antiquitatis monumentum, hac iterata edi-
tione in oculos hominum incurrat, & eruditorum ma-
nibus teratur. Usus sanè est, quem satis superque in-
dicant calculi duæiles & reduciles, capitati, undeu-
ginti, oblongis alueolis inserti. Calculi quatuor inferi-
ores, unitatis vim singuli obtinent, appliciti tamen nu-
mero intercælato. Superior ille singularis & unicus, i-
tem admotus quinque unitates notat. Alueoli uncia-
rij extra ordinem, sex calculos continent, quinque in-
fra, unum supra, qui omnes xi colligunt pro recepta
unciarum diuisione in xii solemnies partes. Semuncia, sici-
licus, & semisicilicus seorsum comparent. Hue respe-
xisse videtur Solon, cuius extat præclara sententia, *y-*
rannorum familiares calculis persimiles videri: quandoq[ue] enim
maximi esse, quandoq[ue] minimi precij & hoc Solonis dictum
c Plutarch. in d Oruntes (siue is fuerit Orates) gener regis Artaxerxis,
ad illam computandi artem reuulit, quæ digitorum in-
flexione constat. In hac tabella nouenarius eminet,
cuius





a Diogenes
Lacertus,

d Plutarch. in d Oruntes (siue is fuerit Orates)

cuius ea laus est, auctore Marciano, ut primi versus fi-
nem teneat; comprobata etiam à nostris ratione, qui
notas numerales Arabum, quas Cifras appellamus, co-
dem limite arduauerunt; non temerè aut fortuitò, sed
consultò & sapienter. At multiplex usus calculorum
facit, ut antiquos aliquot candidos lapillos, Romæ e-
rutos, tum minutos, tum grandiusculos; curauerim
hic apponi, literis & quibusdam aliis cælaminibus insi-
gnes. Quos ego quidem arbitror, non longè abesse ab
athleticis illis calculis, quibus ex ^bApocalypsi, & eius-
b cap. 2.
c Lib. 2. Ago-
nist cap. 9. 60
dēcennaratore Areta, lucē attulit eruditissimus ^cFABER.

33.





Eadem utrimque.



Idem utrimque.



Eadem in

aduersis &

auersis.

Serratus & laevis.
utrimq;

Expli-

Explicito Ratiocinio, ad NEGOCIATORES veniamus. horum ita meminit • Marcianus ; legatis seruis, exceptis ne- ^{L. 63. de leg.} gociatoribus, Labeo scriptis, eos legato exceptos videri, qui pre- positi essent, negotij exercendi causa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum prepositi sunt. Negotiationes vero, ut multæ erant, ita eos qui exercebant singulari nomenclatura insignibant. Ideoq; BOARIOS, PVLLARIOS, FERRARIOS, AERARIOS, FRVMENTARIOS, VINARIOS, VESTIARIOS, SAGARIOS negotiatores legimus non semel, aliquosque non paucos. Pulchrè Cassiodorus : Negotiatores, ^{b lib. 6. Carr. ar. 7.} quos humana vita constat necessarios, huic potestati manife- stum est esse subiectos. nam quicquid in vestibus, quicquid in aere, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana potest habere preciosum, suis ordinationibus obsecundat &c. SARCINATORES ut hoc referrem, monuit • Vlpianus ; li- ^{L. 1. de re bus or. 48.} cet mercis appellatio angustior sit, ut nec ad seruos Fullones vel Sarcinatores, vel Textores vel Venalitiarios pertineat, tamen Pedius lib. xv. scribit, ad omnes negotiations porrigidum e- dictum. Nec ablegandæ videntur SARCINATRICES, quas secensuerunt Festus, & antiquus titulus,

DIS. MANIBVS

IDES

SARCINATRICIS

Neque vero fidem faciunt fragmenta quædam, Corne- lii Frontonis nomine edita, in quibus legitur ; Sartrix que sarcit ; Sarcinatrix que sarcinas seruat. nisi hic sarcina- rum nomine veniat mundus muliebris. quod non o- minò improbandum videtur, cum legatur in antiquo marmore,

Y 4 IVLIA

IVLIA. IVCVNDÄ

AVG. L. SARCINATR

A. MVNDO. MVLIE. &c.

Et sanè mundus hic plerumque non sarcinas modò, sed
& impedimenta militaria æquauerit. At Frontonem
tuetur Nonius. Seruos etiam magistros, NAVI præposi-
tos fuisse, docet ^a Africanus. Magistrum autem nauis
accipere debemus eum, cui totius nauis cura mandata
est. Magistri verò imponuntur locandis nauibus, vel
mercibus, aut veatoribus conducendis, armamentisue
emendis. & hoc est à seruo nauem exerceri, ut apud

^c L. 4. § 5. ser.
uus. & L. 5.
cod. L. 19. de
roxal. act.

^d Gell. lib. 4.
cap. 2.

^e Epist. 47.

^f de ill. Grām.

^g Serm. 141.

^b Lib. 4. cl. 5.

Et Iul. Paulum legimus. Et quoniam, ut superius attigi-
mus, quæstus non modicus ex mancipiis venalibus
proueniebat, erant in familia & VENALITIARI, alias VEN-
ALICII. Venalium autem fuit etiam loci nomen, ut a-
pud Petronium, in quo tituli aliquando pingebantur.
in a titulo autem ex edito Aedilium Curulum scribe-
bantur morbi, vitiaque mancipiorum, & quidquid ali-
ud emptoris intererat non nescire. Seneca hoc sibi vo-
luit: stare ante limen Calixti dominum suum vidi. & cum qui
illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat,
alijs intrantibus excludi. f Suetonius; nam apud maiores
(ait) cum familia alicuius venalis produceretur, non temerè
quem litteratum in titulo, sed litteratorem inscribi solitum es-
se; quasi non perfectum litteris, sed imbutum. & Petrus Chry-
sologus: hoc implebat Paulus, qui seruitutis sue titulos sic scri-
bebat: usq; ad hanc horam esurimus, & sumus, & nudi su-
mus, & colaphis cedimur! Pendebat autem aliquando hic

^b Propertius,

Aut quorum titulus per barbara colla pependit,

Calati medio cum saliere foro.

Et

Et hæc quidem de titulo. Venalium autem nomine pe-
culiariter veniebant serui nouitij. ^a Quintilianus: item ^a Lib. 8. ca. 5.
quod commune est & alijs nomen, intellectu alicui rei peculia-
riter tribuitur; ut urbem, Romam accipimus: & venales, No-
uittos; & Corinthia, era. Mangonum fraudes & im-
posturas si quis adhuc aueat recenseri, ^b Senecam audiat: ^b Epist. 50.
mangones quidquid est, quod dispiceat, aliquo lenocinio ab-
scindunt, itaq; ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: siue
crus alligatum siue brachiū aspereres, nudari iuberet, & ipsum
ribi corpus ostendi. Thoranius sanè ut Antonium circum-
scriperit, prodidit ^c Plinius. Illa translatitia erat, & quæ
ad omnes venales aptaretur ^d cantilena;

^c lib. 7. ca. 12.
^d Horat. lib. 2.
Epist. 2.

hic est
Candidus, & talos à vertice palcher ad imos.
ut, &
Verna ministerij ad nutus aptus heriles,
Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti
Cuilibet.—

affinia illis ^e Terentianis:

— fac periculum in litteris,
Fac in Palæstra, in Musicis: qua liberum
Scire & quom est adolescentem, sollertem dabo.
^f Vlpianus: sciendum tamen est, quadam & si dixerit, præ-
stare eum non debere: scilicet ea qæ ad nudam laudem serui
pertinent, veluti si dixerit frugi, probum, dicto audientem.
De his satis dictum. Deinceps ad INSTITORES transea-
mus. Institutoris est (inquit ^g Paulus & ^b Vlpianus) qui ta de Instit.
berna, locoue, ad emendum vendendum preponitur. hu-
iusmodi verborum extat mentio in hæc verba; ^g Seruus ^g L. 13. cod.
cuius mihi usus legatus est, acquirit mihi, si institutor sit & operis

Z. eius

*a L. 21. de usu oīus utar in taberna. item si duo, pluresue tabernam exer-
ciant, & seruum quem ex disparibus habebant partibus, insi-
torem præposuerint &c. Veteres autem auctores (quod e-
go quidem obseruarim) meminerunt tabernarum, ca-
siariæ, cauponiæ, fulloniæ, lanioniæ, pistoriæ, unguen-
tariæ, diuersoriæ, pellequinæ, sutrinæ, purpurariæ, ar-
gentariæ, vinariæ, cretariæ, & medicinæ exercendæ
causa. In tabernis videtur fuisse canis custodiæ gratia.*

*b L. 2. G Qua-
dr. paup. fec.
dies.* *b Paulus I. Cs. si quis aliquem euitans, magistratum forte, in
tabernam proximam se immisisset, ibi g. à cane feroce Iasus es-
set, non posse agi canis nomine quidam putant. at si solutus fu-
isset, contra. Illud sanè notandum est, in tabernis quan-
doque fuisse adfixos ctitulos, qui cum aliquo seruo pro-
hiberent negocium geri. Horum opera stataria & sedé-
taria videtur fuisse, ut ideo uestes non succingerent,
sed demitterent. Vertumnus apud a Propertium canit
de se ipso, — & ibo*

Mundus, demiōsis Institor in tunicis.

*c L. 5. de Is. 1.
fit. act.* *Ceterum Vlpianus cum Institoribus enumerat IN S VLÀ-
RIVM; AEDIFICIO, vel FRVMENTO emendo præpositum;
PECVNIS FENERANDIS; AGRIS COLENDIS; MERCATVRIS RE-
DEMPTVRISQ faciendis &c. De Insulario nos infra.
Quod ad redempturas attinet, lepides Iuuenal is,
— viuant Artorius isthic*

*d L. 48. de pe-
onl.* *Et Catulus, maneant qui nigrum in candida vertunt,
Quis facile est adem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluiem, portandum ad bustu cadauer.
e L. cit.* *CIRCITORES, quorum item meminit & Vlpianus, sunt,
quibus Vestiary vel Linetrary dant uestem circumferendam,
distrahendamq. Extat antiquus lapis Romæ ad D. Balbi-
na ita inscriptus;*

LO-

X LOCVS OPORTV
NI CIRCITORIS CON
IVGISQVE EIVS ALBI
NAE ATQVE FILIORVM
EORVM PALATINAE
ET VRBICI

REQVISENTIV M

IN PACE A. M. sacerdos

His omnibus adiungemus seruum merci *OLEARIÆ* *L. 13. de Is.*
præpositum, cuiusmodi legitur in veteri marmore CRE-
SCENS quidam natione Bessus. Hi negotiatores, quo-
rum ministeria, uti & superiorum pertexuit *b* Philo; ali-
*b Quid omnis
probus liber.*
os seruili natos genere, benignitas fortuna promovit ad inge-
nuorum officia. fuit enim procuratores in amplis opibus, in-
terdum etiam conseruis preficiuntur ceteris. quibusdam uxo-
rem, pupillorumq herilium tutela commissa est, ob spectatam
ipsorum fidem, posthabitus amicis & necessarijs: nihilominus
tractant seruilia, fenerantur, emptitant, redditus colligunt,
patronos suos demerentur obsequiis. Reliqui sunt ARTIFI-
CES, è quibus dominus non voluptatem modò conse-
qui, sed & lucrum facere, operas eorum locando con-
fueuerat: GLADIATORES, AGITATORES, FVNAMBULI, PA-
LAESTRITAE & alij huius generis. GLADIATORES seu A-
RENARIJ in familia priuata fuerunt non raro. Cornel. *Annal. lib. 8.*
Tacitus; & singulorum pedibus aduolutus, tantum consterna-
tionis inuidiæ concinuit, ut pars militum Gladiatores, qui è ser-
uitio Blasi erant, pars ceteram eiusdem familiam vincirent.
Gladiator apud *a* Quintilianum: certa enim arena desti- *d Declam. 9.*

Z 2 nabar

^{a in argumēto} ^{Milon.} nabar victima, nemo Munerario vilius steterat. ^a Asconius: sequebatur eos magnum seruorum agmen, inter quos Gladiatores quoq; erant, ex quibus duo noti, Eudamus & Birria. De seruo AGITATORE hæc ^b Papinianus; planè si in tantum precium excessisse proponas, ut non sit cogitatum à venditore de tanta summa, veluti si ponas Agitatem postea factum. ^c Caius cap. 55. quæ verba is intelliget, qui apud Suetonium legerit Agitatori Cythico comedatione quadam in apophoretis vicies hs collata, & in veteribus monumentis notauerit præmia decreta M. Aurelio Diocli Agitatori factionis russatae. ^d FVNAMBULI meminit Labeo. Et hic est, quem Schoenobaten vocat ^e Iuuinalis, Funirepum, Appuleius. Transtulit autem eleganter M. Cœlius; ego qui scribam Q. Pompeium Baulis schœnobaticam facere, & usq; eo, ut ego misererer eius esuriei, non sum cōmotus. Schœnobatica dixit facere Pompeium, quod ijs premeretur angustijs rei familiaris, ut illi pedes, quod Funambuli solent, dividere non liceat, hoc planè est ^b Tullianum illud: quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres? PALAESTRITAM seruum recensuit: Martialis,

At ille sima nare, turgidis labris,
Ipsa est imago Pannici Palæstrite.

^f L. 18. den. sufr. Vlpianus: nam si Librarium raus mittat, & qualum & calce portare cogat, vel Histriōnem Balneatorem faciat, vel de Symphoniaco Atriensem, vel de Palæstra, stercorandis latrinis præponat, abuti videbitur proprietate. ^g Seneca; accedunt pessimæ note mancipia, in magisterium recepta; homines inter oleum & vinum occupati, quibus ad votum dies est actus si bene desudauerunt. At hic nescio an collocandi sint MAGICI pueri, cuiusmodi recenset ^m Appuleius Nigidianos, & nescio

^m Apolog.

nescio quos alios pueros. Puella certè in historia ^a Apostolica, quæ habens spiritum Pythonem, quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando; & seruus apud ^b I.Cm. qui inter fanaticos caput aliquando iactauit, & aliqua profatus est, huc pertinent. Nec non & seruus ille, cuius meminit Porphyrius, qui locutiones ^c de abstin. li. ³ Lege & Ceditu in Mi- chæle Curo- fuisse interdictam apud Græcos, Romani seruis suis, ut sibi haberent, ^d permiserunt. ^e Iuuinalis cum CAELATORE domestico Pictorem coniungens;

^f L. 17. de fundo instr. Qui multas facies pingat citio. — Marcianus: Pictoris instrumento legato, cera, colores, similiq; horum Legato cedunt. ^g Iul. Paulus: instrumento Pictoris legato, colores, penicilli, cauteria, & temperandorum colorum vasa debebantur. Ceras & cauteria ad Encausticen refero, cuius præter Varronem, Vitruvium, Plinium, Flaccum, Statium, Appuleium, Ausonium, Prudentium, ita meminit ^b Ouidius;

^h lib. 3. Fasto. Quiq; moues cælum, tabulamq; coloribus uris,

Quiq; facis docta mollia saxa manu.

quorum quidem versuum priore illum fuit qui legeret,

Quiq; moues castrum. —

submonente Plinio; in Encaustice pingendi duo fuisse antiquitus genera constat. Cera; & in ebore castro, id est viriculo. Idem ^k audor: Lala Cyzicena perpetua virgo, M. Varro ^k ibid. iuuenta, Roma & penicillo pinxit, & castro in ebore imagines mulierum maximè. Sed pro vulgata lectione stat ^l Seruius ^l Lib. 1. Aen.

Z. 3 ad

ad illa,

— calataqz in auro

Fortia facta patrum.—

scribit namque; insculpta. tamen hoc nomen in principali at-
tiam habet naturam. in deriuatione mutat. nam calum est un-
de operantur argenty: quod producitur naturaliter &c. ni-
hil ergò apud Ouidium mutamus. Et quoniam Roma,
quod & hodie experimur, lutulenta hyeme fuit, & state
puluerulenta, ideo vestes exegerunt & ipsæ Balneatores
suos, FULLONES videlicet; eosque non raro familiares.

^{a L. penult. de} ^a Iabolenus: qui habebat Flaccum Fullonem, & Philonicum
reb. dub. Pistorem, uxori Flaccum Pistorem legauerat. ^b Vlpianus ta-
^{b L. 1. de tri-} men negoziatoribus ad censuit. ^c Varro adscripsit rusti-
but. act. ^c familiæ, nec male, quia & ruri eorum usus fuit, & ex
clib. 1. de R.R. cap. 16. artificio negotium prodiit. Horum officinæ, Fulloni-
cæ, & Fullonica dicebantur. in Fullonia sanè natus est

^d Andriscus, qui dubium liber an seruus, regium no-
extremo li. 14. men, animo regio impleuit. huius classis erunt & TEX-
^{e L. 63. deleg.} TORES. ^f Marcianus: si unus seruus plura articia scias, & a-
lyj cocci legati fuerint, alij Textores, alij Lecticary, ei cedere
sernum dicendum est, cui legati sunt in quo artificio plerumq;
f de lib. Grām. versabatur. ^f Suetonius; Remmius Palamon Vicetinus, mu-
lieris verna, primo ut ferunt textrinum, deinde herilem filium
dum comitatur in scholas, litteras didicit. Textori succedit
^{g Nonius.} Phrygio. & Titinnius;

Phrygio fui primo, beneqz id opus scini:Reliqui acus, aciasqz, hero, atqz, heræ nostræ.

^{b Lib. 9. 75.} Agmen claudent SVTOR & CERDO. de Sutore ^b Martialis,
Dentibus antiquas solitus producere pelles.

Et mordereluto putre vetusqz solum;

Prænestina tenes defuncti rura patroni;

In quibus indignor si ibi cella fuit.

ut

ut quia ex Ergastulo fuisset. ^a luriscs. hoc amplius eidem a-
lumno meo hominem collactaneum, & vernam Sutorem, qui ^{a L. 78. q. be-}
redum ad SG. eum artificio suo, mercede delata, alere posset. huius instru-
mentum erant scalpra, & formæ. ^b Horatius;

^{b lib. 2. Sat. 3.}Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec studio cithara, nec musæ deditus ulli:

Si Scalpra & Formæ non Sutor —

• Vlpianus: si Sutor puero parum bene facienti, formâ calcei ^{c L. 5. ad E.}
tam vehementer cervicem percussit, ut ei oculus effundere. ^{Aquill. L. 14.} locati.
tur, esse ex locato actionem. Opera fuerunt Caligæ, Sanda-
lia, Soleæ, Crepidæ, Calcei; à quibus SOLEARI, SANDA-
LIARI, SVTORES CALIGARII dicti sunt. ^d Horatius;

^{d lib. 1. Sat. 3.}

— sapiens crepidas sibi numquid

Nec soleas fecit: Sutor tamen est sapiens. —

• Phædrus elegantissimus fabulator, de malo Sutore me- ^{e lib. 1. fabri-}
dicum professo,

Quanta putatis esse vos dementia,

Qui capita vestra non dubitatis credere,

Cui calceando nemo commiserit pedes?

De Sutore autem Cæsariano festiuæ extat narratiuncula
apud f Arrianum. Serui CERDONIS meminit & Papinia-
nus, nisi tamen ibi Cerdo proprium nomen hominis ^{fin Epict. lib.}
^f 1. cap. 19. sit, non artificii. Marcionis enim magistrum, illum cu-
jus meminerunt Philastrius & Theodoreetus, Cerdonem
nominatum fuisse legimus. Ceterum Cerdoni subu-
lam tribuit ^b Martialis;

^{b lib. 3. ep. 16.}

Das Gladiatores Sutorum regule Cerdo.,

Quodqz, tibi tribuit Subula, Sicarapit.

At ne quis dominarum nos omnino oblitos putet, lu-
strabimus mollem hanc & delicatam legionem, de qua

Z 4 apud

alib. 3. Annal.

apud. Tacitum legitur iusta Seueri Cæcinnæ conque-
sio; inesse mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum for-
midine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem bar-
bari incessus conuortant. Et sanè mater Iuliani martyris a-
pud Surium, in publicum prodit cum innumerabili familia
atriusq; sexus. Nec hyperbolice quidem locutus est Cæ-
cina, si Ammianum Marcellinum audiimus, qui ma-
tronarum comites recenset, Textrices, Coquos, Spado-
nes, & uniuersum promiscue seruitum. Respexit huc
Iuuinalis,

b Tomos.

c Lib. 14.

d Sat. 6.

— granis occursu, teterrima vultu.

Balnea nocte subit, conchas & castra moueri

Nocte iubet. — Castra appellat agmen immodi-
cum. Eius nunc nos officia explicabimus, siue illa mi-
nisteria sint, & ab EVNVCHIS exordiemur, qui in familia
Palatina,

— praefecti gemmis vestig; dabantur

Custodes, sacroq; adhibere silentia somno.
ut cecinit. Claudianus, præter quæf Corippus,
Illi summa fides, & plena licentia sacris
Deseruire locis, atq; aurea fulcra parare,
Regales mensas epulis onerare supernis,
Conseruare domum, sanctumq; intrare cubile,
Internas munire fores, vestesq; parare.

Tetigit sanè Corippus munera Eunuchorum, inter quæ
recensuit custodiam Lectorum cubicularium, & eo-
rumdem ornatum, quod & priuatis dominis iam olim
placuit. Appuleius, Dij boni! qualis ille, quamq; praclarus
apparatus? Quatuor Eunuchi confessim, puluillus compluribus
ventose tumentibus pluma delixata, terrestre nobis cubitum

g lib. 8. metam pre-

preservunt: sed & stragula ueste, auro ac murice Tyrio depicta,
probè consternunt. Imò & in hunc usum paratae erant an-
cillæ. ^a Virgilius:

alib. 3. Ann.

Nec victoris heri tetigit captiuacubile.

Agamemnon apud ^b Homerum,

Iliad. 1.

T'λω δι' ἔγα δ' λύσω, πέιν μιν καὶ γήρας ἔπεισον,

'Ημετέρῳ ένι οίκῳ ἐν ἄργεϊ τηλόθι πάτερς

'Ισον ἐποιχομέριον, καὶ εμὲν λέχοις αἱ πόνωσαν.

Et licet harum opera ad officium corporis, concubi-
tumque referri possit, & debeat; perspicuè tamen Ari-
adna apud ^c Catullum,

c de nuptiis
Pelei, & The-
tidos.

Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,

Sæua quod horrebas prisci precepta parentus:

Attamen in vestras potuisti ducere sedes,

Quæ tibi iucundo famularer serua labore,

Candida permulcens liquidis vestigia lymphis,

Purpureae tuum consternens ueste cubile.

Neque verò honorifico muneri non accessit honorifica

appellatio, siquidem Chrysaphius, qui à ^d Marcellino

din Chron.

comite Eunuchus dicitur, ^e Viatori Tumunensi PRÆ-

e Chron.

POSITVS Imperatoris est; & Iohannes & Paulus clarissi-

mi martyres Eunuchi, Præpositus alter, PRIMICERIVS al-

f Sur. To. 3.

ter à Terentiano, qui eorum gesta conscripsit, appel-

g 19. Maij.

lantur. Præpositum, cubiculo intelligo. & Martyrologi-

um Romanum: item Romæ, via Appia, natalis sanctorum

Caloceri & Partheny eunuchorum, quorum prior cum esset

Præpositus cubiculi uxoris Decij Imperatoris, alter verò alte-

rius munericus Primicerius, nolentes idolis sacrificare, ab eodem

h in epist. ad

occisi sunt. D. Ambrosius; deniq; etiam speciali expressione

Marcell.

Calligonus præpositus cubiculi, mandare mibi ausus est; me vi-

Aa

no

no tu contemnis Valentinianum? caput tibi tollo. respondi,
Deus permittat tibi, ut impleas quod minaris. ego enim pati-
ar quod Episcopi: tu facies quod Spadones. Et sanè impoten-
ti quodam dominatu Spadones Imperio tunc, & longè
ante incubuerant. ^b Ammianus de Constantio Augu-
sto; uxoribus ac Spadonum gracilens vocibus, & Palatinis
quibusdam nimium quantum addictus. Egregie ^c Alexander
Seuerus, qui Eunuchos de ministerio suo abiecit, & uxori ut
seruos seruire iussit. & cum Elagabalus mancipium Eunicho-
rum fuissest, ad certum numerum eos redegit, nec quidquam in
Palatio curare voluit, nisi balneas fæminarum. cum plerosq;
Eunuchos Rationibus, & Procurationibus præposuisset Elaga-
balus, his ille & veteres sustulit dignitates. Idem tertium ge-
nus hominum Eunuchos esse dicebat, nec videndum, nec in usu
habendum à viris, sed vix à fæminis nobilibus. Ex hoc luto,
seu cænum malum appellare, eruit quandoque DEVS
opt. max. preciosissimas gemmas, ut de Iohanne & Pau-
lo, de Calocero & Parthenio vidimus, qui vitam pro
Christi nomine profuderunt. ^d Nereus itidem & Achil-
leus Eunuchi cubicularii Fl. Domitillæ nobiliss. virgi-
nis, ceruices pro veritate & pietate fortissimè dederunt.
Apud eosdem Cæsares Eunuchi aliquando functi sunt
officio Prægustatorum. ^e Suetonius: quidam tradunt, e-
pulanti in arce cum Sacerdotibus, per Halotum Spadonem Pra-
gustatorem: alij doméstico coniunctio per ipsam Agrippinam, qua
Boletum medicatum, audiissimo ciborum talium, obtulerat.
^f Lib. 4. Anna. Poccillatores etiam non raro fuerunt. ^f Tacitus; id Dru-
so datum (venenum) per Lygdum Spadonem, ut octo post an-
nos cognitum est. SILENTIARIOS etiam fuisse Eunuchos, fa-
ciūt ut credam verba Claudiani, quæ nuper citauimus,

^b Lib. 21.^c Ael. Lam-
rid.^d SNT. 10. 3.^e Claudio ca.
45.^f Lib. 4. Anna.

sacros

—sacros, adhibere silentia somno.

QUIETIS ministros dixisset ^a Procopius. quo munere an ^{a lib. 2. debet.}
functi fuerint etiam in familia priuata, mihi quidem ^{Perf.}
non omnino liquet. Neque vero hoc prorsus abnue-
rim, cum apud ^b Saluianum mentio extet silentiariorū: ^{b lib. 4. de Gubern.}
pauent quippe Actores, pauent Silentiarios, pauent Procurato-
res; propè ut inter istos omnes, nullorum minus servi sint, quam
dominorum suorum: ab omnibus ceduntur, ab omnibus conte-
runtur. Et hæc nomenclatura Præfecturæ, quæ conser-
uis silentium commendabat, utique videtur vel cum
ipso Saluiano, vel paulò ante ipsum in lucem prodiisse.
Quod enim ad ^c Senecam referunt nonnulli, magisteri-
um magis, quam nomenclaturam indicat. Virga enim
apud Senecam, qua murmur omne famulorum com-
pescebatur, videtur fuisse insigne Tricliniarcharum in
ipso Triclinio: Extra quod Actoribus, seu Dispensato-
ribus conueniret; docente ^d Ammiano Marcellino, qui ^{d Lib. 14.}
præpositos urbanæ familiæ, digerentes comitatum ma-
tronarum prodeuntium, dextris aptata virga insignes
recenset. Nota autem est virga & arundo Ianitoris a-
pud Petronium & Senecam. Affines Silentiariis sunt il-
li, quos ad SOMNVM appellat. Curtius. at ne in vicinia qui-
dem diuersorij quemquam commilitonum receptum esse; sed
per dispositos, quos ad somnum habebat, omnes procul relega-
tos, ne fæmina illa murmurantium inter se silentio verius,
quam sono excitaretur. In Palatio, ut diximus, Eunuchis
grauissimarum rerum tractatio credita est. ideoque
Claudic Cæsar & Narcissus ab epistolis fuit, quem Eu-
nuchum fuisse, adnotauit antiquus & Scholia stes Iuue-
nalis, & quidem ditissimum. ad summam nihil omni-

^e Lib. 5.^f Suet. Clau-
dio cap. 28.^g Sat. 14. impf.

nō fuit, quod non illis pateret. Apud priuatos custodi-
ebant pueros, Pædagogorum vicibus functi. nec aliter
interpretantur illud. ^a Iuuenalis veteres Glossæ,

^{b Sur. To. 3.} ^{c Eunucho.} ^{d Sat. 7.} Discipuli custos præmordet Acoenonetus,
quam de Eunuco dictum esse Pædagogo & Papate,
cuius proprium sit communi sensu carere. PAPAS ergo
Pædagogus est: & hinc datur intelligi, quid sibi velint
b Acta Viti & Modesti martyrum; Angelus autem Domini
apparuit Papati eius religioso viro, Modesto nomine. confir-
mant hoc glossæ quæ feruntur Isidori; Papas, Pædagogus
qui sequitur studentes. Tuebantur præterea mulierum
pudicitiam, licet aliquando nomine tenus. ^e Terentius;
Edicit ne vir quisquam ad eam adeat: & mihi ne abscedā
imperat.

^{f in Entrop.} Aderant lauanti dominæ. ^d Claudianus;

— Eous rector, Consul^g futurus
Pectebat dominæ crines, & sapè lauanti
Nudus in argento lympham gestabat alumpa:
Et cum se rapido forsitan proiecerat astu,
Patricius roseis paonum ventilat alis.

^{g Scaliger ad} ^{h Festum. Tur-} ubi quod ad LYMPHAM attinet, cum venia honestarum
matronarum, monebimus Lectorem, ^{i AQVARIOS, A-}
^{j QVARIOLOS, & BAECARIONES} huic loco deberi. Et in hu-
aduer, cap. 12. ius interioris tutelæ gratiam dicti custodes sunt. fluue-
nalis: — decipit illa

Custodes, aut are domat, —

Hinc magno in precio erant, non tantum apud Barba-
^{k Gen. cap. 40.} ros, sed & apud Romanos. Apud & Pharaonē præposi-
tus Pincernis, & magister Pistorū eunuchi fuerunt. Her-
^{b Lib. 8.} motimus apud ^l Xerxē in maximo honore est habitus.

Bagoas

^{a Curt. lib. 10.} ^{b Sur. To. 2. &} ^{c Acta Apst.} ^{d Lib. 1.} ^{e Eunucho.} ^{f Opissem. 10.} ^{g L. 27. 6 & se}
Bagoas apud Alexandrum nihil non potuit. ^b Vltha-
zanes Persa martyr, Saporis Regis nutricius, principem
locum in familia regia obtinuit. ^c Eunuchus, quem Phi-
lippus baptizauit, fuit duæs Kardainys tñs Baorilios tñs Taw^g
ai. Diwaw, os lo iñi nñns tñs yaçñs awñs. de hoc ^d Arator i-
ta cecinit;

Angelus alloquitur plenum virtute Philippum,
Australem celerare viam, qua Spado iugatis
Aethiopum pergebat equis, qui fidus in aula
Reginae seruabat opes. —

^e Terentius ab eodem precio inducit Phædriam expro-
brantem Thaidi,

— porrò Eunuchum dixi velle te,

Quia sola utuntur his Reginae: reperi.

Quocirca Imperator ^f Aurelianus, Eunuchorum modum ^g Opissem. 10.
pro Senatorijs professionibus statuit, quod ad ingentem estimatio-
nem peruenissent. ^h Vlpianus: & si puerum quis castraue-
rit, & preciosiorem fecerit, Iulianus scribit cessare Aquilliam. ⁱ Aquill.
Et hæc sane, ut pleraque alia, ^b Iustinianus Cæsar mode-
ratus est, qui Eunuchos, & tatis & artificii habita ratio-
ne, xxx, l, & lxx solidis æstimari voluit. Ne videlicet es-
sent amplius, qui C. ⁱ Aelio Seiano inuidenter, enornii
comparatum pecunia nescio quem ex hoc semiuirorū,
vel potius foeminituirorum grege. Olim quidem poena
legis ^k Corneliae ^{ten} finebatur, qui hominem castrauisset;
ut sileamus mali ominis fuisse amputare sibi virilia, eti-
am religionis causa. Et quamuis ^m Domitianus, &
ⁿ Nerua Cæsares castrari mares vetuerint, præualente
tamen luxu, antiquatum est quidquid illi edixerint.
^o Constantinus profecto & ipse inhibuit, poena capitisi

XIIII Aa 3 pro-

a L. 2. cod. tis.

proposita. *¶* Leo autem Augustus Romanos nullibi, Barbaros alicubi secari permisit. Scilicet aula Constantinoplitana his carere non poterat diu. notat enim *b Rer. per Eu-*
ropam gestarū lib. 6. cap. 3. *¶* Luitprandus, se Imp. Constantino obtulisse Loricas optimas nouem. Scuta optima cum bullis deauratis septem. Cuppas argenteas deauratas duas, enses, lanceas, verua, mancipia quattuor Carsamatia, Imperatori nominatis omnibus preciosiora. Carsamatium autem Graci vocant (inquit ille) amputatis virilibus & virga puerum Eunuchum, quos Verdunenses mercatores ob immensum lucrum facere solent; & in Hispaniam ducere. Et sanè animaduersione indignum non est. Eunuchis in Oriente continua quadam serie, in Regum animos, corpora, opes, caritates, magnum semper aditum patuisse. horum mores breui elogio expressit. Ammianus his verbis; quod si Numa Pompilius vel Socrates bona quedam dicerent de Spadone, dictisq; religionum adderent fidem, à veritate desciuisse arguerentur. Ab his factitiis foeminis ibimus ad naturales & legitimas, è quarum numero OBSTETRICES taxauit *d L. 3. C. cōm. d* Iustinianus solidis LX. meminerunt veteres inscriptio-*de Leg.* nes, *¶* SEX. POMPEIVS
¶ SEX. L. DAPHNIS
¶ GRAM
¶ CHLOE. POMPEIAE
¶ APPI. OPST
¶ & in eodem marmore,
¶ ATIA. DYNAMIS
¶ OPST
¶ alibi,
¶ SALLVSTIA. Q. L. IMERIA
¶ OPSTETRIX

e Lib. 16.

Porrò

Porrò ad hanc rationem scribendi, verbi etymon directus *¶* Donatus; quæ opem tulerit parienti, opstetrix dicitur. *¶* apud Terē unde & parturientes fer opem clamant. ADSTETRIX quæ dicuntur perierat, nisi *b* CVIACIVS vir magnus, utique seruauisset. huius officium tangit *c* Ouidius,

*Vna ministrarum media de plebe Galanthus,**Flaua comas, aderat faciendis strenna ius̄is,**Officijs dilecta suis.* —

& post Ouidium D. Hieronymus: ipsum iactant asidere *d lib. 2. episo-* lectulo, obstetrics adhibere languenti, portare matulam, cale-*lar. select. ep. 9.* facere linteal, plicare fasciolas. His succedunt NVTRICES.

¶ Tacitus, at nunc natus infans delegatur Gracule alicui *e in Dial. de causis corr.* cillæ, cui adiungitur unus aut alter ex omnibus seruis plerumq; Eloqu. vilissimus. Fauorinus apud *f* Gellium; presertim si ista, *¶* lib. 12. cap. n. quam ad præbendum lactem adhibebitis, aut serua aut seruulis est, ut plerumq; solet externæ atq; barbaræ nationis. D. & Hieronymus ex Theophrasto: vocanda domina, celebrandas natalis eius, iurandum per salutem illius, ut sit superstes optandum, honoranda Nutrix eius, & GERVLA. & de hac idein ipse *b* Hieronymus; Nutrix ipsa non sit temulenta, non la-*¶* b ad Latam, sciua, non garrula. habeat modestam gerulam, nutricium gra-*¶* uem. Neque vero videtur hæc opera discreta semper fu-*¶*isse, cum quæ fuit Nutrix, fuerit eadem & Gerula.

Plautus:

*Nutrices pueros infantis minutulos**Domi ut procurent, ne quæ spectatum afferant,**Ne & ipsæ sitiant, & pueri pereant fame.*

Ethæ Nutrices fuerunt re & nomine. illæ honorariae, & ut ita dicam, nominales, quæ diligentiam infantibus & munditiam adhibebant, ut loquitur antiquus glossa-

Aa 4 tor

i Prologo Pa-
nuli. Turneb.
lib. 28. adver.
cap. 6.

^{a Sat. 14. Nō.}

Marcellus in

ASSAS.

b B. Vulcā ad

Appul. de

Mundo.

tor ad illud ^a Iuuenalis, ^b ad hoc non invenitur hanc sese
Hoc monstrant vetula pueris repentibus assē.

Quod autem ^b vir doctus & eruditus notauit, à Scholia-
ste Sophoclis, in Aiace flagellifero, vocari παιδαγωγούς,
sive παιδοτεῖβας, βαῖουλος ideo, quod baiuli essent serui,
& quia serui ad dōcendos pueros olim adhiberentur;
id sanè mihi suspeatum est. Baiuli enim ibi GERVLIS sunt,
NVTRITORES, & NVTRICII; hoc nomine appellati, quod

^{c Georgian Co-}

dinus.

^{d Glossarium.}^{e Lactant. lib.}

D M

TEIAE. THREPTE. SO

SOR. PISSIMAE. CVNA

RIA E. RVFINAE. V. V. &c.

^{f ad Sabinia-}
^{num Diaconū} Alludit huc D. Hieronymus; iam tibi & scala, per quas
deponeres miseram, parabantur: iam iter dispositum, decreta
nauigia, condicta dies, fuga animo pertractata. & ecce Ange-
lus ille cubiculi Mariae Ianitor, Cunarum Domini custos, &
infantis Christi gerulus, coram quo tanta faciebas, ipse te prodi-
git. & Martialis: Cunarum fueras motor Charideme mearum.

& hic propriē CVNARIVS. EDVCATOREM hīc ratione con-
tubernii interseremus. ^b Iustinianus, iusta autem manu-
missionis cause he sunt, veluti si quis patrem aut matrem, fili-
um filiamque, aut fratres sororesue naturales, aut paedagogum,

aut

^a aut Nutricem, aut Educatorem, aut Alumnū &c. ^{a Appu-} ^{alib. 2. Apia.}
leius: ego sum Byrrhena illa, cuius forte sapicule nomen inter
tuos frequentatum Educatores retines. & hic idem, qui NV-
TRITOR & NVTRICIVS. ^b Acta Nerei, & Achillei marty- ^{b Sur. 10. 30.}
rum: eorum autem corpora rapuit Auspicius discipulus eorum,
Nutritor sancte virginis Domitille. ^c Cæsar: erat in procura- ^{c lib. 3 de bello}
tione Regni propter etatem pueri, nutritius eius eunuchus, no-
mine Photinus. Porro Nutrices & Nutricios TATAS &
MAMMAS appellabant. Romæ,

DIS.

M.

ZETHO. CORINTHVS
TATA. EIVS. ET. NICE
MAMMA. F

V. A. I. D XVI.

Egregiè verò ^d Petrus Chrysologus; Nutritor pius, nisi to-
tus fuerit redactus in parvulum, numquam parvulum perfe-
ctum perducit in virum: deniq; tunc vocem tenuat, verba po-
nit, agit nutibus, sensus seponit, infirmat viscera, abycit vires,
membra dissoluit, gressum tardat, gestit non ambulare sed re-
pere, ridere simulat, timere fingit, flere mentitur; quia est in
illo mendacium pietas, despississe prudentia est, est infirmitas
virtus. D. Hieronymus: nunc & Gerula quondam, iam a ead Heliodo-
rus; & nutritius secundus post naturalem pietatem pater, cla-
mitat, morituros expecta paulisper, & sepeli. forsitan & laxis
uberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens
MAMMAE lallare congreginet. Lalla autem solemnis est
nænia Nutricum. ^{d Serm. 62.} Cornutus ad Persium: aut cur à Nu
trice iussus dormire ploras? qua infantibus ut dormiant, solent
dicere sapè, lalla, lalla, lalla; aut dormi, aut lacte. Et hæc
cantio apud nostrates Mammas etiam hodie exauditur.

Bb Huius

Huius ordinis sunt ALVMNVS & COLLECTANEVS. de hoc
ad Enriam.
D. Hieronymus : nec Procurator calamistratus, nec formo-
sus collectaneus, nec candidulus & rubicundulus affecta, adha-
reat lateritwo. de illo b Vlpianus : deniq; concubinam, filios
naturales, alumnos, constituit generali obligatione non contine-
ri, & si qua alia sunt huiusmodi ministeria. de ALVMNA . lul.
Paulus : in testamento, quod perfectum non erat, Alumna sue
Libertatem & Fideicomissa dedit. Collectaneus autem in
veteribus monumentis Collectaeus & Colactius appel-
latur. Parmæ, ubi descripsimus oculata fide;

b L.8. de Pi-
gnor. & Hy-
pot.

c L.38. de fi-
deicm. libert.

D M
KALOCERV S
PVBLICVS
ELAENO
COLACTIO

B . M

Romæ in hortis Cyriaci Matthesii,
COMMVNIO Verna
ANTONIAE AVGVSTAE
V. A. II. MES. X
COLLECTEV S. DRVSI

BLANDI. F

Iuuenalis & Marcianus Capella Collectaneam, Colla-
team vocant. d Ille,

d Sat. 6.
e Lib. 1.

f lib. 2. Met.

g l. 33 de nsfr.

Tullia quid dicat note Collectea Maura.
hic : sed quod sororis eius Collectea, & indiscreto amica fæde-
re videretur. Hoc fuit eandem Nutricem simul bibere,
ut loquitur Appuleius. Et hic disquirendum est, an de
huiusmodi ministeriis & Vlpianus intellexerit ; si serui

(inquit) usus fructus legatus est, cuius testator quasi ministe-

rio

rio vacuo utebatur &c. Alumni & Collectanei quasi mi-
nistrare dici poterant. Et huius demum generis mini-
steria, longè post abolitos omnino seruos, diu perdura-
uerunt ; licet enim serui, a Bartoli Icti. ætate penitus
desissent, Collectanei tamen in usu erant, quod patet
ex b Petro Paulo Vergerio seniore, qui in vita Vbertini
Carrariensis hæc habet : eiusdem fuit domesticum iudicium,
quod sequitur. Longetus erat ei hereditarius seruu, & sem-
per una nutritus, nam usque ad ea tempora propagandorum
seruorum mos in Italia manserat, qui nunc prorsus obsolevit. ei thecarum.
Vbertinus confidebat plurimum, & facile omnia fidei eius cre-
debat. is aliquando ab Carentana Vbertini concubina pulcher-
rima fœminarum, in domestica contentione, seruu est appella-
eus, ad quam Longetus, eius inquit sum seruu, cuius & eius
meretrix es. quo nihil illa molestius exprobrari sibi audire po-
tuisse. & specie igitur confidens, erat enim eximia forma cor-
poris, & pignoribus ex Vbertino susceptis, non nisi illius san-
guine sua satius iniuria fieri posse arbitrabatur. itaq; filiolam,
que erat in delicijs patri, allegat quæstum de matris iniuria. sed
& ille quoq; Vbertini amicos, qui ei in consilijs semper aderant,
patroni sibi ut essent orauerat. mentione igitur per puellam in-
ducta, & per eos qui aderant interrupto crebro eius sermone,
mulier quæ ex superiori specula omnia intuebatur, indignata
non audiri suam querelam, effrenis decurrit, à Longetto se con-
tumeliose habitam queritur. Vbertinus insolita mulieris auda-
cia nibil motus, edicere illum iubet quo se pacto res haberet.
qua cognita, ego inquit, quantum in me fuerit, eo, quod est
contumelie causa, utrumq; vestrum absoluam. & Tabellionem
qui conscriberet iussit aduocari. tunc ad Longettum. vis ne liber
esse? nequeo, inquit ille, liber tibi esse, nam si me ita sinis, sum

a IdéBartolus
ad L. Hostes de
capt. & postl.
ren. citatus à
Genebr. Anno
D. MCCXVI.
b Latet adhuc
in foro nō
strati Biblio-
thecarum.

scribit in eiusdem vita Philostratus; puella nimirum (sic
venia dicto) apud mulierculam. Ornatum muliebrem
trahabant, COSMETAE & ORNATRICES. at quis hic orna-
tus muliebris? ^{a de habitu} Tertullianus: habitus fæmina duplēcē
speciem circumfert; culeum & ornatum. Cultum dicimus,
quem mundum muliebrem conuenit dici, ille in auro & argen-
to, & gemmis, & vestibus deputatur. iste in cura capilli, &
curis, & eorum partium corporis, que oculos trahunt. ^{b lib. 2. Satnr.}
crobius: eadem Iulia mature habere cuperat canos, quos le-
gere secretō solebat. subitus interuentus patris aliquando op-
pressit Ornatrixes. rectè ergò Tertullianus, qui curam ca-
pilli in ornatu reposuit. Cosmetarum autem memine-
runt Iuuenalis & Vlpianus. Ad ornatrixes quod atti-
net, notandum est, illas tradi consueuisse magistris, ut
ediscerent artificium ornandi. id quale esset describet
nobis Manilius partim, partim alii: ^{c Sat. 6.} ^{d L. 47. de} ^{e Lib. 5.}

Illis cura sui vultus, frontisq; decoræ
Semper erit, tortosq; in flexum ponere crines, Maius illo
Aut nodis reuocare, & rursus vertice denso
Fingere, & appositis caput emutare capillis.

f Tertullianus graphicè: quid crinibus vestris quiescere non sde cultu fa-
licet, modò substrictis, modò relaxatis, modò suscitatis, modò
elisis? alia gestiunt in cincinnis coercere, alia ut vagi & volu-
eres elabantur, non bona simplicitate. affigitis præterea nescio
quas enormitates sutilium, atq; textilium capillamentorum:
nunc in galeri modum quasi vaginalm capit, & operculum
verticis, nunc in ceruicem retrò suggestum &c. qui sanè lo-
cus Tertulliani torsit nonnullos aliquantis per. quid e-
nim Galero cum Vagina? veniebat illis porro in men-
tem, Galeri loco, Galeam substituere, præsertim cum

Bb 3 Romæ

tibi seruus natus, nec me qui tali domino seruio, mee condicio-
nis pudet. sin manumittis, tanto me precio data libertatis emis-
si ut liber esse à te non possim. animo (inquit Vbertinus) ut voles,
ut q; te decebit, nunc necessitate conditionis, quam mibi addictus
tenebare, liber esto. deinde ad illam conuersus: & tibi quoq;
inquit, quando mea consuetudinis te pudet, liberum est abire.
esto à me absoluta. tum illa flens, atq; insperato cunctu penè
exanimis, per hanc tuam te prolem inquit oro, ne me deseras,
neu abiicias. ego ne te quidem domino digna sum serua. cumq;
multa & flere & dicere pergeret, iussit ut unde venerat redi-
ret, ac ne se in reliquum talibus querelis molestaret. itaq; uno
iudicio homini benè merito gratiam reddidit, & illam admo-
nuit, non debere se conditionis pudere, quam non modo sponte,
verum etiam cupidè admisisset. Hactenus Vergerius, cuius
narrationem describere operæ precium duxi, tum quod
auctor nondum editus est; tum quod lectorum possit
recreare longæ & morosæ lectionis tedium affectum. Et
quia nobiles matronæ catulis deletabantur, veluti Me-
litæis, inde factum est ut legamus in antiqua tabella
marmorea, OSSA

AVRELIAE, LIVIAE, AVG

SER. A CVR. CATELLAE &c.

ade merci
cond.

modestè sanè, & non ut illa apud Lucianum, quæ Phi-
losophum, catellæ curatorem habuit. Eadem Liuiæ le-
gimus fuisse ministram ab ARGENTO POTARIO. nec ab-
surdum videtur miscuisse illi mulierem, & sterisse ad cy-
athum & vinum. ut quid enim ^b Romana Juno cœle-
^{b Prudentius} ^{li. 1. adu. Sym.} stem Iunonem non amularetur, cui formosa Herculis
uxor (ut canit Iuuenalis) fuit ad cyathos? Et hoc mu-
nere apud Herodem Sophistam fundata puella est, ut

scri

Romæ legatur in veteri marmore;

CALPVRNIA

L. ET. J. L. GALEAE

ORNATRIX

a Sat. 6.
videbantur confirmare veteres nummi, qui exhibent imagines mulierum Augustarum, quæ vixerunt Tertulliano scribente, harum enim capillitum ad galeam proprius quæ ad galerum aecedit, at pro galero facit Iuuenalis versus,

b Sat. 6.
Sed nigrum flauo crinem absconde Galero.
ubi hæc habet ad verbum antiquus enarrator: *crini suppositio, rotundo, in modum Galeæ facto, quo utebantur metrizes.* Tertulliano breuior & concinnior & Iuuenalis;

c Refut.
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum.
Aedificat caput. — huiusmodi constabat compagibus Flaminicæ, Tutulus, & præter eas vittâ purpureâ crinibus innexa. Romæ olim in Musæo Carpensi,

A PONIAE. SVCESSAE

A'. TVIVL. ORNATR

C. BATONIVS. EPIGQNVS

ATRIENSIS

Ex huiusmodi ministerio ancilla apud Petronium, Gytona in partem nauis inferiorem dicit, corymbioque dominæ pueri adornat caput. imò supercilia etiā profert de pyxide, sciteque iæturæ lineamenta secuta, totam illi formam suam reddidit. Pyxis enim continebatur instrumento ornaticū & cosmetarū. ^d Martialis;

d Lib. p. 38.
Cum sis ipsa domi, mediaq; ornare Suburra,
Fiant absentes & ubi Galla come;

Nec

Nec dentes aliter, quæ serica nocte reponas,

Et lateas centum condita pyxidibus.

Nec secum facies tua dormiat, innuisillo,

Quod tibi prolatum est, mane supercilie.

En integrum officinam ornatoriam, geminam planè illi Petronianæ, Comas, Pyxidem, Supercilia. Ab eadem ratione Venus apud ^a Appuleium; sume istam Pyxidem: ^{a lib. 6. Met.} & dedit protinus; usq; ad inferos & ipsius Orci ferales penates te dirige. tunc conferens Pyxidem Proserpina; petit de te Venus, dico, modicum de tua mittas ei formositate &c. ^b Zeno ^{b Serm. de cōtinentia.} martyr: quid hoc est? ecce rursus ad lenocinia redit, colorem de pyxide mutuaris paulò ante damnatum. ecce indulgenter excolis crinem: odorato puluere luctus puluerem mutas: in fibro fletus includis: ornamento ligas, quod suspendio voveras collum, ab Speculo oracula inquiris, quam commode possis circumscribere petitorem. Apud Petronium eadem illa quæ Gytona exornauerat, euocatum Eucolpion non minus decoro exornauit capillamento: imò commendatior vultus emituit, quia flauum corymbion erat. Itaq; ne in hac quidem parte superari se à fœminis viri passi sunt, testis est ^c Columella: contemptissimorum vitiorum officinas, gulosi^d condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi, capitumq; & capillorum concinnatores, non solum esse audiui, sed & ipse vidi. Et hos Tertullianus appellat struores capillatrices. confirmat Manilius, & Iuuenalis, & notissimus ille Othonis Aug. ^e Galericulus. Imò & ^f Clemens Romanus, qui scribit, non licere Christiano nutrire capillum, & in unum complicare, vel discerniculo discriminare, neq; verò intortum calamistris crispare, vel flauum facere. Hinc Seruius in x. Aen. ad illud,

—comptos de more capillos,
Hoc quod diximus confirmat argumento personarum
Tragicarum, quæ similes erant in utroque sexu quan-
tum ad ornatum pertinet capitis. Neque verò barbam
inornatam sinebant semiuiri hi miseri; ut apud Cypri-
anum & Tertullianum alij notauerunt. Ad sc̄eminas
ut redeamus, capillorum cura illis præcipua fuit, non
in struatura tantum, sed & in colore & cincinnis. ^b Pro-
pertius;

*Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & extero notincta nitore caput.*

*Vt natura dedit, sic omnis recta figura,
Turpis Romano Belgicus ore color.*

Illi sub terris fiant mala multa pueræ,

Quæ mentita suas vertit inepta comas.

<sup>c de cultu
famini.</sup> <sup>d lib. 4. de
L. L.</sup> <sup>e in sap. non
cad. iniur.
cap. 14.</sup> ^{f lib. 1. Sat. 2.} ^{g lib. 12. Aen.} Tertullianus: video quasdam & capillum croco vertere. pu-
det eas etiam nationis sua, quod non Germanæ aut Gallæ sint
procreata: ita patriam capillo transferunt. A Cinnorum
studio CINERARII ministri appellati sunt. ^d Varro: Cala-
mistri, quod his calefactis in cinere, capillus ornatur. qui ea mi-
nistrabat, à cinere Cinerarius est appellatus. Meminit & ^e Se-
neca: quidam se à Cinerario impulsos molestè ferunt, & con-
tumeliam vocant obliarij difficultatem. Nomenclatoris super-
biā, Cubicularij supercilium. ^f Acron eleganter: Ciniflo-
nes & Cineraryj eadem significatione apud veteres habebun-
tur, ab officio Calamistrorum, id est, veruum in cinere calefa-
ciendorum, quibus matronæ capillos crisparabant. cuius rei &
g Virgilius meminit, dicens:

vibratos calido ferro. — Porrò Seruius ad illum Virgilij locum hæc habet; crispa-

tos

tos calamistro. nam calamistrum est acus maior, que calefacta
& adhibita intorquet capillos. Idem Seruius in XII. etiam il-
le paluis, quo utuntur pueræ, cinis vocatur. unde etiam & ci-
niflones dicti sunt. ^a Horatius;

aloco cœ.

Custodes, Lectica, Ciniflones, Parasite.

Calamistros autem σιδηραὶ οὐγάρα videtur appellare ^b Lu-
cianus, quibus modicè calefactis cincinni excitaban-
tur. ^c Ouidius:

b in amoribus

Quam se probuerant ferro patienter & igni,

Vi fieret torto nexilis orbe sinus.

Clamabam scelus est, istos scelus urere crines,

Spontè decent, capiti ferrea parce tuo.

Vim procul hinc remoue: non est qui debeat uriri,

Erudit admotas ipse capillus acus.

Et sanè calamistrum, acum ferream non semel est inter-
pretatus ^d Isidorus, quo forsan respexerunt Festus & Iu-
uenalis. ille: *Acus* dicitur, qua Sarcinatrix vel etiam Orna-
trix utitur. ^e hic:

e Sat. 6.

Est in consilio materna, admotaq; lanis,

Emerita quæ cessat acu—

ubi antiquus interpres explicat, *Lanipendiam* matris fa-
ctam ornatricem quasi magistram. Erant autem usui & mi-
nores acus, quibus sustinebantur & figebantur capilli.

^f Prudentius;

—crinalis acus, redimicula, vitta.

^{f Psychom.} ^g Appuleius: ad hunc modum vaticinata mulier, acu crinalis ^{lib. 8. Met.}
capite deprompta, Thrasylli conuulnerat tota lumina. De pri-
oribus illis cecinit ^b Ouidius;

*b lib. 1. de ar-
te am.*

Forma viros neglecta decet. Minoida Theseus

Abstulit, à nullâ tempora comptus acu.

CC Huius

Huius ministerii instrumenta erant Discerniculum, Pe-
cten, Speculum, de hoc. Ouidius:

Nec tibi turpe puta, quamuis sit turpe, placebit:

Ingenua Speculum sustinuisse manu.

fuit enim officium seruile, quod ingenuum hominem
non usquequaque decebat. Propertius;

Deliciae mea Latris, cui nomen ab usu est,

Ne speculum domina porrigat illa noue.

Sat. 22 hinc Iuuenalis,

Ille tenet speculum patisci gestamen Othonis,

Actoris Arunci spolium: quo se ille videbat

Armarum, cum iam tolli vexilla iuberet.

Ab hac eadem opera Triton in Veneris comitatu, sub
Appul. b. 4. oculis dominæ speculum prægerit. præclarè autem
Mer. o de nupt. Ho. & Claudio;

Casariem tunc forte Venus subnixa corusco

Fingebat solio: dextra lauag sorores

Stabant Idalia. largos hac nectaris imbris

Irrigat, hæc morsu numerosi dentis eburno

Multifidum discrimin arat: sed tertia retro

Dat varios nexus, & iusto diuidit orbes

Ordine, neglectam partem studiofa relinquentio

Plus error decuit, speculine nec vultus egebat

Indicio.—

Hic ornaticum altera casariem Veneris neq;are irri-
gat, ut alludatur ad illud ministerium, quod innuit
Sat. 6. fluuenalis;

Disponit crinem laceratis ipsa capillis

Nuda humero Psecas infelix—

Ornatices enim crinens componentes (ut ibi habent vete-

res

res glossæ) rarum ac parum aquæ solent mittere, ac velut ve-
nâziv. altera pectine utitur, quem Eunicho tribuit
Claudianus ut vidimus. Appuleius in præconio ca- in Eutropiū.
pilli; vel nunc guttis Arabicis obunctus, & pectinis arguti
dente tenui discriminatus &c. Non abit à pectine discerni-
colum. Ouidius;

clib. 3. de av-
ceans.

Munditj's capimur: nec sint sine lege capilli:

Admodum formam dantj negantj manus.

Nec genus ornatus unum est: sed quamq; decebit

Eligat: & speculum consulat ante suum.

Longe probat facies capitis discriminata puris.

Sic erat ornatis Laodameia comis.

Varro: Discerniculum, quo discernitur capillus. Pecten quod d lib. 4. de L. L
per eum explicatur capillus. Speculum à speciendo, quod ibi se
spectant. Et hæc fuit præfectura capillorum, cuius me-
minit. Ouidius;

clib. 2. amora
El. 8.

Ponendis in mille modis præfecta capillis,

Comere sed solas digna Cypasse deas,

cuius malè administrata illa fuit poena, quam tetigit i-
dem Poeta;

At non pectendos coram præbere capillos,

Vt inceant fusi per tua colla, veto.

Ilo præcipue ne sis morosa dauento

Tempore, nec lapsas sep̄e resolute comas.

Tuta sit ornatrix: odi, quæ sancias ora

Vngibus, & raptæ brachia figit acu.

Deuonet & tangit domina caput illa: simulq;

Plorat ad innitas sanguinolenta comas.

clib. 1. amora
El. 14.

& idem alibi;

Non acus abruptit, non vallum pectinus illos:

clib. 3. de arto

Cc 2

Orne

*Ornatrix tuto corpore semper erat.
Ante meos oculos sapè est ornata, nec umquam
Brachia direpta saucia fecit acu.*

^{a Sat. 6.} *Iuuenalis:*

*Altior hic quare Cincinnus? Taurea punit
Continuo flexi crimen, facinusq; capilli.
Quid Psecas admisit? quemam est hic culpa pueræ
Si tibi displicuit nasus tuus? altera laevum
Extendit, pectit q; comas, & voluit in orbem.*

^{b de cultu fæ-} *Immundi muliebris altera pars erant cutis, facies & hu-
iusmodi reliqua, foemini procurata ad insaniam utq;
min.*

<sup>b Tertullianus: in illis enim delinquent, quæ cutem medi-
caminis ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine col-
linunt. D. c Zeno; interea miris excolit artibus sese, faciemq;
puicitia.</sup> *sermone de* ^c *suam in se, quam non habet, querit. pingit se in ipsam, & leno-
cinante vario magistri medicaminis fuso, vultum suum vulti-
bus vertit alienis, hoc futura, non quod natura præstit, sed
quod ei ad examen speculi arbitrium temporale dictauerit.*

<sup>d in bamarti-
genia.</sup> *Prudentius,*

*Tædet sacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus dotata Dei quæ plasmata fuso
Inficiunt, ut figmentis cutis illita perdat
Quod fuerat, falso non agnoscenda colore.*

^{e de discipl. &} *D. e Cyprianus: illi & oculos circumducto nigrore fucare, &
babitu virgin. genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis colori-
bus crinem, & expugnare omnem oris & capitis veritatem,
flib. 3. de arte corruptelæ sua impugnatione docuerunt. f Ouidius;*

Non tamen expositas mensa deprendat amator

*Pyxidas: ars faciem dissimulata iuuat.
Quem non offendat toto fex illita vulnus,*

Cum

Cum fluit in tepidos pondere lapsa sinus.

^{a Sat. 6.} *Iuuenalis,*

*Interea fœda asperciu, ridendaq; multo
Pancumet facies, aut pingua Poppeana
Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.*

Eiusdem ordinis fuit auriculae ornatrix. Romæ:

*IVLIAE ψ LIVIAE ψ AVG^V
AVRICLA'E
ORNATRIX*

^b *Cyprianus: an vulnera inferri auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali secularis ignara crucietur, ut possit de aurium cicatricibus & cauernis preciosa grana dependant, grauia, et si non suo pondere, mercium quantitate? De ornatu satis pro instituto nostro. Cultus instrumenta hæc damus, quæ olim extabant Romæ apud LAELIVM PASCHALINVM. Spectantur hic aureæ acus crinales, leuiter à summo inflexæ, ad crines comedendos, & earum nō nullæ puræ, nonnullæ gemmatæ; adest viriola è minutis smaragdis, quam licet magnus c VIACIVS obseruet* ^{c lib. 10. obseru.} *brachiale fuisse, ego tamen collo quoque aptauerim,* ^{d Sat. 6.} *lib. 17.*

Iuuenalis,


Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil

Cum virides gemmas collo circumdedit. —

Adest inauris ærea, gemmis tribus vitreis oblongis dependentibus ornata, è mundo tenuioris alicuius & paupertinæ foeminae. Visitur & stalagmum è rudi amethysto. Inaures præterea, altera ex auro tota, altera distincta margaritis, & quidem ad figuram nostrarum recentium proximè accedens. Bini insuper elenchi.

Flinius de margaritis scribens; & procerioribus sua gratia ^{e lib. 9. cap. 35}

CC 3 est.



a.sat.6.

est. Elenchos appellant fastigia a longitudine. alabastrorum figura, in plenisorem orbem desinentes. Iuuenal is;

C

— & cum

*Auribus extensis magnos commisit elenchos.
ubi glossæ antiquæ habent, uniones, margaritas oblongas,
magnarum gemmarum elenchos, quos & titulatos appellant.
ego malim tutulatos, & sanè legimus superius ORNA-
TRICEM A TUTVL. Et quidem Tutulus Pontificalis, cuius
imaginem cernimus in denariis gentis Iuliæ, non ad-
modum dissimilis elencho est, sicut enim metalli figura,
ut inquit Festus. Vidimus autem apud eundem au-
reas inaures ea planè figura, qua conspiciuntur in anti-
quis denariis : acus crinales, & quarum altera dependet
Cupido fistulam inflans : annulos multiformes : redi-
miculum seu minutum monile aureum, & alia multa.
Huc referenda sunt illa ^b Cypriani verba : non inferantur ^{b de discip.} auribus vulnera, nec brachia includat aut colla, de armillis & ^{b ab. Virg.}
monilibus catena pretiosa. sint à compeditibus aureis pedes libe-
ri, crines nullo colore fucati, oculi conspicendo Deo digni, Hu-
ius loci sunt & Aur. ^c Prudentii carmina;*

a. Tutulus.

c Hamartig.

*Ac velut artificis Domini manus imperfectum
Os dederit, quod adhuc res exigat, aut hyacinthis
Pingere sculpiibus redimita frontis in arce,
Colla vel ignitis sincera incingere sertis,
Auribus aut grauidis virides suspendere baccas,
Nectitur & nitidis concharum calculus albens
Crinibus, aureolisq; riget coma texta catenis.*

*Præclara illa ^d Zenonis martyris apostrophe : ancilla ^d Serm. 2. ad
Christifalsum idolum respuis & mihi crede in te colis, cuius or. auraria,
natum, cuius imaginem non deponis. ad Ecclesiam Dei opere
vario totum inaurata corpus, execrabilis metallo procedis onus.
Ha, ubiq; delicata, sub mollibus fortis, deq; ipso cultus rigore in*

CC 4 orati-

oratione non flecteris : non manus tendis : turnidum monilibus
pectus prostertere dignaris. sanè et uicem curuas non religi-
one sed pondere. quando iż̄ omolóγouσι facies, quæ plus pro orna-
^{a Serm. de iur. tu es, quām pro salute sollicita?}
tūia. Idem alibi & quidem ve-
hementer : o quantarum neces animaram in phaleris pendent
ornatæ matronæ! ornatum cuius unum si soluas in preciū.
distribuas q̄ necessitatibus singulorum, ex eorum respiratione
cognosces, quantorum malo ille constat ornatus. Conclu-
mus hæc omnia verbis antiquæ inscriptionis,

D. M.

T. FL. AVG. LIB.
PARTHENOPAEI
POPPEANI. EVNVCHI
AB. ORNAMENTIS &c.

VESTIPLICÆ huius corporis erunt, quarum munus ex
^{b Declam. 303} ipsa voce dignoscitur. ^b Fabius maior: ter de stupro uxori,
adiecto precio appellatus, vestiplicam domina habitu misit.

^{c lib. 1. de} Seneca: placet non in ambitionem cubile compositum, non
^{Tranq. cap. 1.} ex arcula prolata vestis, non ponderibus aut tormentis splen-
dere cogentibus pressa: sed domestica & vilis: nec seruata nec su-
menda sollicitè. ^{d Lib. 28.}

Ammianus: dein quum à Siluani lauacro
vel Mammæ aquis ventitant hospitalibus, ut quisquam eorum
egressus tenuissimis se terserit linteis, solitis pressorijs uestes,
lucentes arbitra, diligenter explorat, quæ una portantur
sufficientes ad iuuandos homines undecim &c. Quid autem

^{e lib. 6. de L.L.} si vestiplicæ VESTISPICÆ sint? quæ ut ait ^e Varro uestem
^{f Trinummo.} spicerent. Apud Plautum sanè legitur,

Vestispicæ, unctor, auricustos, flabellifera, sandaligerulae.
ubi Nonius Marcellus legit vestispici. In veteribus au-
tem monumentis VESTIFICOS legimus, & VESTIFICAS,

quos

quos non malè & his adensemebimus. Rosemunda verò
Alboini VESTIARIAM habuit, in cuius lectulo se Perq-
deo supposuit; ut scribit ^a Diaconus. At vestium co-
lores nonnullos recenset ^b Ouidius;

Quid de ueste loquar? non iam segmentare requires,

Nec que bis Tyrio murice lana rubet.

Cum tot prodierint precio leuiore colores:

Quis furor est census corpore ferre suos?

Aeris ecce color, tum cum sine nubibus aer,

Nec tepidus pluias concitat Auster aquas.

Ecce tibi similis, qui quondam Phrixon & Hellen

Diceris Inois eripuisse dolis.

Hic undas imitatur, habet quoq; nomen ab undis,

Credidicrim Nymphas hac ego ueste tegi.

Ille crocum simulat, croceo velatur amictu,

Roscida luciferos cum Dea iungit equos.

Hic Paphias myrtos: hic purpureos Amethystos:

Albentesue rosas: Threiciamue gruem.

Nec glandes Amarylli tua: nec Amygdala desunt.

Et sua velleribus nomina cera dedit.

Aliquot etiam enumerat Nonius, veluti Cymatilem aut
Marinum; Molochinum; Impluuiatum; eos qui sunt à
Calta & Croco, Cestrinū, Ferrugineū, Ostrinum, Lute-
um, Violacum, Pullum, Anthracinum. At hæc huius
loci non sunt. Et quia laudatas matronas lanam fecisse

laudatum olim fuit, ideò Textrinum instruemus. ^c Ca-
ius Iuriscs. & ancillarum & filiarum familias nomine, de pe-
culio actio datur, maximè si qua Sarcinatrix, aut TEXTRIX erit.

^{d L. 28. de pecu-}
Vlpianus: quare si lanam conduixerit usuarius expediendā,
poterit etiam per usuarias ancillas opus perficere. item q̄ si ve-
^{d L. 3. de pecu-}
D d simen-

^{a lib. 2 de gest.}
^{Lang. cap. 28.}
^{b lib. 3 de arte}
am.

^{a apud Sen. li.} s̄timenta texenda redemerit &c. ^b Porcius Latro ; ex omni
rupe conchylium trahitur, quo vestis cruentetur. infelices an-
cillarum greges laborant, ut adultera tenui ueste perspicua sit.
^{c Lib. 14.} Et hoc artificium adeò ancillas decuit, ut ^b Ammianus
uniuersas unico textrini nomine comprehendenterit. De
lana autem & lino quatenus in textrinum recipiuntur,
^{e L. 68. de leg. 3.} legendus omnino est ^c Vlpianus. LANIPENDIAE, quas
^{d L. 32. de dō.} nominauit ^d Pomponius, inter LANIFICAS pensa partie-
^{m. & ux.} bantur, quando ea munera fōdere dominabus visa
^{e Menachmis} sunt. ^e Plautus :

— seruire n̄ tibi

Postulas viros? dare una opera pensum postules;
Inter ancillas sedere inbeas, lanam carere.

QVASILLARIAE à Quasillo, seu calatho dicitæ sunt. Petronius; nec contenta mulier tam graui iniuria mea, connocat omnes Quasillarias, familiæ & sordidissimam partem, ac me comp̄spui iubet. Romæ olim,

M V S A. Q V A S I L L
VIX. ANN. XXX
C R A T I N V S L A N I P E N D
D E S V O

^{f lib. 4. El. 7.} f Propertius ;
Et grauiora rependit iniquis pensa Quasillis,
Garrula de facie si qua locuta mea es.
^{g ad Latam.} D. Hieronymus : discat & lanam facere, tenere colum, posse
nere in gremio calathum, rotare fusum, flamina pollice ducere.
spennat bombycum telas, serum vellera, & aurum in fla lente-
scens. talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non qui-
^{h lib. 2. ep. sel.} bus uestita corpora nudentur. ^b Idem ; dolet sibi pralatum iu-
^{e p. 9.} uenem, non quidē comatum, non uestium sericarum, sed toro-
fulum

fulum & in sordibus delicatum, qui ipse sacculum signet, texrinum teneat, pensa distribuat, regat familiam, emat quidquid de publico necessarium est dispensator & dominus, & praueniens officia seruorum, quem omnes rodant famuli, & quidquid domina non dederit, illum clamitent subtraxisse. Et in his quidem D. Hieronymi, illa verba (non uestium sericarum) non videntur carere mendo, rectius enim legentur (non uestita sericatum) ut sibi per omnia constet *τεσσαλονίκης*. Hæc mulieres mancipia domi ad usum habuerunt ut diximus. nunc recensemus quæ foris ad ostentationem. ANCILLAS ex Aethiopia, ut loquitur Terentius, ne videlicet viris inuidenter Mauros & Aethiopes seruulos. Imò & hos habuerunt. ^{a Eunuchs.} ^b Tibullus de sua Nemesi ; ^{c lib. 2. el. 3.}

Illi sint comites fusi, quos India torret,
Solus & admotis inficit ignis equis.

Et verò quid venustatis in ominosa Aethiopis facie delitesceret, ego quidem non video, nisi dicamus se felisse has nostras, quod vulgo Aethiopes, ut notat D. Hieronymus, vocarentur argentei. Inter ancillas conspi-^{c lib. 1. ep. sel.} cuæ fuerunt FLABELLIFERAЕ, quarum meminit ^d Plautus. Flabellum autem domi Eunuchorum fuit, ut indicat nobis Eunuchum mentitus Chærea Terentianus, & Claudiani Eutropius : aliquando etiam mulierculæ aliquius, velut illius apud Martialem, quæ prasino flabello tenuerunt frigus astuanti Zoilo, & hinc D. Hieronymus inter ancillarum officia enumerat flabel-^{e lib. 3. 40.} lum tenere. VMBELLIFERAЕ etiam in hoc agmine. ^f O ^{Paula.} ^{g lib. 2. dear-} uidius ; ^{f in epitaph.} Ipse tene distenta suis umbracula virgis ; ^{g lib. 2. dear-} seam. ⁱ Ipse face in turba, qua venit illa, locum.

hortatur nimirum amatorem, ut ad captandam puellæ gratiam, seruilia etiam obeat ministeria. Et hoc est, quod insolens & contumeliosum in Atheniensibus notat. ^{a lib. 6. cap. 1.} Aelianus, quod inquilinorum puellas adigerent σκιασθηφορέντες τὰς πομπάς. SANDALIGERVLAE & ipsæ cum aliis aliquot, baiulæ fuerunt Veneriæ huius pompa.
^b Ouidius;

^b Loco cit.

Nec dubita tereti scamnum producere lecto:

Et tenero soleam deme, vel adde dedi.

Exequabantur hæc pueri ad pedes, & ancillæ quas tetigimus à SANDALIO. Expressit utrumque munus D. Iohannes Baptista, apud Matthæum & ceteros Euangelistas, ut notauit doctissimus MALDONATVS. Erant autem non raro aurea Sandalia hæc. Ne videlicet virides umbellæ, prasina & pauonina flabella unice præstringerent oculos, & pedum tegmina iacerent. Quin & crepidarum obstragulis (ut ait ^d Plinius) & rotis socculis addebant margaritas; quos & ipsos prælatos ab aliqua ancillarum non dubitauerim. Et huic lepido puellarum collegio adscripserim ego ancillam meretriculæ illius, è cuius manu aquila calceum corripuit lauantis dominæ, ut demitteret Memphi in gremium Psammetychi Regis, cum ille ius diceret. Imo & virum Consularem & Censorium, Imperiique Curatorem L. Vitellium, qui

^c cap. 3. M. ares.^d Luc. 3. Io. 1.^e lib. 9. cap. 35.^f Aelianus li. 13. Var. histor. cap. 33.^g Vitell. cap. 2.

miri in adulando ingenij (verba e Suetonii sunt) pro maximo munere à Messalina petiit, ut sibi pedes præberet exalteandos: detractumq; soculum dextrum, inter togam, tunicasq; gestauit assidue, nonnunquam osculabundus. O togatum mancipium! Præbant ex officio ANTEAMBULATRICES, subsequabantur PEDISSEQUE, & quas ολελαρια vocat in

uniuers-

uniuersum^a Lucianus. ^b Plautus;

— illi rei studes,

^a Lexiphane.
^b Asinaria.

Vult placere se amicæ, vult mihi, vult pedisseque.

Marcianus Capella; Periergia verò atq; comitata pedisse.

^c Lib. 8.

quis dotalibusq; mancipijs, curiosè uniuersa perscrutans, atq;

interrogans sequebatur. idem auctor: præcedit illicè con-

scendentem Musarum concinentium pompa, & prædictarum

comitum venerabilis multitudo. Pueri etiam ipsi non sine

comitibus & pedissequis prodibant. ^d Cornificius; Gor-^d Lib. 4.

gia pedissequa pueroram, absconde pueros, defende, fac ut in-

columes ad adolescentiam perducas. COMITEM inquit ^e Vlpi-^e L. 15. de in-

anus, accipere debemus eum, qui comitetur & sequatur; & ut

^f L. 15. de in-

Labeo ait, siue liberum siue seruum, siue masculum siue fæmi-

^g L. 15. de in-

nam. Subdit autem: inter comites utiq; & pedagogi erant.

^h Macrobius: auerterant in se populum, in spectaculo gladia-ⁱ L. 2. cap. 5.

torum Liua & Iulia, comitatus dissimilitudine quippe cingen-

tibus Liniam grauibus viris, hac iuuentus, & quidem luxu-

riosa, grege circumsidebatur. Ille de hoc numero apud

^j Appuleium; huius adhærebat lateri senex iam grauis annis.^k Lib. 2.

qui ut primum me conspexit: est, inquit, Hercules hic Lucius:

& offert osculum. & statim incertum quidnam in aurem mul-

eris obgannijt. In horum contubernio videntur fuisse

cincinnatuli, & calamistrati illi, quos D. ^l Hieronymus ^m ad Salinā.^l Lib. 5. 62.

procul arcet à Christianæ virginis comitatu: non ambu-

let (inquit) iuxta te calamistratus Procurator, non Histro

fractus in fæminam. ⁿ Martialis,^o Crispulus iste quis est, uxori semper adharet^p Qui Mariane tua? crispulus iste quis est?^q Nescio quid dominat teneram qui garrit in aurem,^r Et sellam cubito dexteriore premit?

Per cuius digitos currit leuis annulus omnes:
Crura gerit nullo qui violata pilo?
Nil mihi respondes? uxor is res agit, inquis,
Iste me.e.
^{a lib. 1. de arte} Quæ sanè videtur Martialis ab ^a Ouidio accepisse;
Tuta frequensq; via est per amici fallere nomen:
Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.
Inde Procurator nimium quoq; multa procurat,
Vi sibi mandatis plura videnda putet.
Huius comitatus portio apud patrum pudicas mulieres
fuerunt SALVTIGERVLI pueri, INTERNVNCLII ministri, quo-
rumque meminit ^b Iuuenalis;

^{b Sat. 14.}

—conscia matri
Virgo fuit, ceras nunc hac dictante pusillas
^{c de Deo Socr.} Implet, & ad mæchum dat eisdem ferre cinadis.
Ad hos respexit ^c Appuleius; hos Graco nomine dñipovas
nominant, inter terricolas cælicolasq; vectores hinc precum;
inde donorum, qui ultro citroq; portant hinc petitiones, inde
suppetias: ceu quidam utriusq; interpretes & salutigeri. Hu-
ius agminis sordes & quisquiliæ sint MVLONES, BASTER-
NARI, CARRVCARI, CISIARI, LECTICARI, RHEDARI, IVN-
CTORES, & alii nescio qui inter bestias & vehicula occu-
pati, quorum opera dominis & dominabus promiscuo-
usui erat. Muliones in urbe etiam fuisse, nemini dubi-
^{d Lin. lib. 34.} um esse arbitror. vehebant enim matronæ vehiculo
& carpentario, quod à iunctis mulibus trahebatur. id
quale esset, indicant nummi veteres signati nomine &
imaginibus Iuliæ & Agrippinæ Augustarum. At quia
carpentum ab his, velut etiam à magistratibus usucæ-
<sup>e Fl. Vopiscus
in Aureliano.</sup> ptum conijcio, inde faQuum est, ut matronæ ad Baster-
nas

nas se se recipent. D. ^a Hieronymus; precedit causeas Ba-
sternarum, ordo semiuirorum. antiquus ^b epigrammati-
graphus;

Aurea matronas claudit Basterna pudicas,

Quæ radians patulum gestat utrimq; latus.

Hanc geminus portat duplicit sub robore Burdo,

Prouchit & modico pendula septa gradu.

Duplex robur Amites Basternarum sunt, ut vocat ^c Pal-
ladius. Afferes videlicet, seu perticæ aucupalibus simi-
les, quarum Festus & idem ^d Palladius meminerunt. Ea-
dem penè quæ antiquus poeta habet & ^e Isidorus. Nec
^f diversa tradit Seruius ad illud,

—Pilentis matres in mollibus
Pilenta (inquit) sunt vehicula, sicuti nunc Basternas vide-
mus. erant autem tunc Veneti coloris, non ut nunc sunt Russa-
ti, quibus nisi castæ matrone uti non poterant. Burdonum
meminit ^g Vlpianus his verbis: item iumenta, vel lectica,
vel sella, vel Burdones. Quos scimus & ^b Carrucam dor-
mitioriam portauisse, qua matronæ utebantur. Carru-
cæ, nomen debent ⁱ CARRVCARI. D. ^k Paulinus descri-
bens comitatum sanctæ Melaniæ, Neapoli Notam pro-
ficisentis: totâ huius sæculi pompâ, qua honorati & opulentî
poterant circumflui. Senatores prosequebantur. Carrucis nu-
tantibus, phaleratis equis, auratis pilentis, & carpentis pluri-
bus gemente Appia atq; fulgente. Et Carrucis quidem ad
luxus rationem utebantur deauratis. ^l Abdias; deniq; ^m Lib. 3.
Nicolaus quidam ex ciuium numero, exhibens carrucam deau-
ratam, cum quatuor mulis candidis, totidemq; equis, obtulit
beato Apostolo, dicens &c. Imò & aureis. ⁿ Martialis,

D. ^o 4 Aurea

^m Lib. 5. 102.

^g L. 47. de
Leg. 3.

^b L. 14. de au.
& arg. Leg.

ⁱ L. 14. locat.

^k Epist. 10. 6.

^l Ascens.

Aurea quod fundi precio carruca paratur,

Quod pluris nulli est, quam domus empta tibi.

Ehi aliquando dicti sunt MVLIONES CARRVCARI, ut apud Capitolinum in Maximino iuniore. Cisium vehiculi biroti genus fuit, ut & Carpentum, à quo ^aCisiarij. De Rheda ^bCicero: *cum hic insidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in Rheda, penulatus, vulgi magno impedimento, ac muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu, fit obuiam Clodio ante fundum eius, hora ferè XI, aut non multò secus. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum, aduersi Rhedarium occidunt.* Et quidem mulæ rhedariæ apud ^cVarronem huc pertinent. Est autem animaduertendum, quod Cicero de puerorum tetigit delicato comitatu, id à ^dMartiale explicari;

Cum cathedralicos portet tibi Rheda ministros,

Et Libys in longo puluere sudet eques.

CATHEDRALICII enim, pueri huiusmodi, à Cathedris fœminarum dicti sunt. ^eHoratius;

— Demetri, teg, Tigelli

Discipularum inter iubeo plorare cathedras.

^fPropertius,

Supplex ille sedet, posita tu scribe cathedra

Quidlibet, has artes si pauet ille, tenes.

^gPhædrus,

Habebat quidam filiam turpissimam,

Idemq; insigni & pulcra facie filium.

His speculum in cathedra matris suppositum fuit &c.

^hMartialis:

Inter fæmineas tota qui lucc cathedras

Desider —

^aL. 14. locati.
^bin Milonia-
na.

^clib. 3. de R.R.
cap. ult.

^dlib. 10. 13.

^elib. 1. Sat. ult.

^flib. 4. el. 5.

^gLib. 3.

^hLib. 5. 110.

Iuue-

^aSat. 6.

Iuuenalis,

— famam contempserat olim,

Cuius apud molles minima est iactura cathedras.

& Plinius iunior de Arria nostra; dum hec dixit, exiluit cathedralam, aduerso q; parieti caput ingenti impetu impedit, & corruit. De Lecticarijs hæc habet ^bSeneca; *quid resent* ^cin Sap. non ^dcad in iur. ^equot habeat Lecticarios, quam oneratas aures, quam laxam sellam ^fd Iuuenal is,

Nec melior, silicem pedibus que conterit atrum,

Quam qua longorum vehitur cervice Syrorum.

Ut spectet ludos conductus Oculnia vestem,

Conducit Comites, Sellam, Ceruical, Amicas,

Nutricem, & flauam cui det mandata puellam.

Et sane hæc ostentatio Romæ olim & viros adegit, ut conducerent greges AMICORVM; eo videlicet consilio ut diuitias & opulentiam iactarent. ^eMartialis:

Cinctum togatis post & ante Saufellum,

Quantu reduci Regulus solet turba,

Ad alta tonsum tempa cum reum misit

Materne cernis? innidere nolito.

Comitatus iste sit precor tuus numquam.

Hos illi Amicos & greges togatorum

Fusciculenus prestas & Fauentinus.

Imò ut ipsa iactantia se proderet magis, Kalendaria (ut ita dixerim) amicorum excogitata sunt, in quæ nomina illorum referrentur. ^fSeneca: *nescis quantum sit precium* ^gde Be- ^hamicitiae, si non intelligis multum ei daturum, cui dederis ami- ⁱcum; rem non dominibus tantum, sed facultis raram, quæ non ali- ^jcubi magis deest, quam ubi creditur abundare. *Quid? istos tu* Libros, quos vix Nomenclatorum complectitur aut memoria

Ee aut

^{a SAI. 3.} aut manus, amicorum existimas esse? Non sunt isti amici, qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas & secundas admissions digeruntur. consuetudo ista versus est Regibus, Regesq; simulantibus, populum amicorum describere. Nescio quid simile stomachatur Vmbrius apud ^a Iuuenalem; ex nouitia tamen & nuper recepta lectione,

— omnia Romæ

Cum precio, quid das ut Cossum aliquando salutes?
Ut te respicias clauso Veiento labello?
Ille merit barbam, crinem hic deponit amati.
Plena domus Libris venalibus —

At in aula Palatina erant Liberti, qui curam gererent amicorum Principis, olim legebantur Romæ epigrammata sepulchralia,

TI. CLAVDIVS. AVG
LIB. FORTVNATVS. A
CVRA. AMICORVM

&

D M
LIBERTORVM
T. FLAVI. AVG. LIB
VICTORIS
A CVRA. AMICORVM

&

M. VLPIVS
AVG. L

A CVRA AMICORVM

Athæc frequenter dicis causa facta sunt. etenim in Prin-
cipi Panegyr. cipum domo (scribit ^b Plinius) nomen tantum amicitia, ina-
ne scilicet irrisumq; remanebat, nam que poserat esse inter eos

amicis-

amicitia, quorum sibi alij domini, alij serui videbantur? Ut-
cunque sit, fuit hæc tam apud Principes, quam apud
priuatos caritatis & benevolentiaz plena compellatio. ^a Vell. Pater-
hinc illæ voces, ^a Drusi; ecquando, propinquam amiciq; simile ^c cul. lib. 2.
mei ciuem habebit Respublica? ^b Tiberii in codicillis, com- ^b Suet. Tiber.
potores & coepulones Pomponium Flaccum & L Pisonem,
incundiſſimos & omnium horarum amicos profitentis. Tri-
malcionis apud Petronium; amici, nondum mihi suave e-
rat in Triclinium venire. &, amici, paonis oua galline iufi-
ſupponi. ^c Titi Cæsaris; amici, diem perdidit. ^d Socratis; hic
ille erat, amici, de Academia cupidinis cygnus. Ita conuiuij
dominus apud ^e Lucam Euangelistam: Φίλε ωγουαθη. ^f cap. 22.
Ḡ. αισάπερ, ipse ^f CHRISTVS dominus discipulos allo-
quens; υμεις φίλοι μου εστε. Idem valuit vox επάρχο. Rex
apud ^g Matthæum: επάρχε, πᾶς εἰσῆλθε ὁδε, μὴ ἐχων ἔνδυμα ^g cap. 22.
γάμος. IESVS apud ^h eumdem; επάρχε, εΦ' ϕ πάρει; Socrates ^h cap. 26.
apud ⁱ Cassianū; πώσιθε επάρροι, εἰμὶ γάρ, επέχω σέ. unde
forsitan magnus ^j Eteriarches in aula Constantinopolis ^k apud Cne-
tana. Ad rem. IVNCTORES iungebant rhedam equis ^l L. 203. de
vel mulis, & meminit ^l Alfenus his verbis; & sibi videri ^m Verb. sign.
eos demum usus sui causa patrem familias habere, qui
ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi
destinatiq; essent: quo in genere Iuniores, Cubicu-
larij, Cocci, Ministratores atque alij. Et quamuis ⁿ CVIA- ^m addicūca-
civs & ^o VICTORIVS Vnctores legant, non placet tamen ^p Alfensi in
a pandectarum Florentinorum lectione discedere, ad- ^{com. ex Bibl.}
stipulante præsertim ^o Cuiacio; Iungere enim hoc sensu
probum verbum est. & inde Iunctorum apud ^r Capitoli-
num: data etiam vehicula cum mulabus ac mulioni-
bus, cum iuncturis argenteis, ut ita de conuiuio redi- ^s ser. cap. 3.
Ee 2 rent. ^p in L. Vero.

rent. Ancillas præter has omnes, negociationi à dominabus fuisse præpositas ^{a L. 7. & 8 de Inst. act. L. 5. & si Vicarius in fi. de tribu- tar. act.} l. Cti. testantur. Restat nunc urbani seruitii quam recenseamus, extrema cohors ; illa scilicet, quæ nomen sortita fuit ab ædium partibus, siue malumus membris. Aedes verò ipsæ eâ laxitate fuerunt, ut non excluderent myriadas illas seruorum, quas alibi explicuimus. Seneca certè capacia ^{b Epist. 90.} POPVLORVM tecta, domos instar VRBIVM, non semel inculcat. ^{c Epist. 114.} Eiusdem hæc sunt : ubi luxuriam latè felicitas fudit, cultus primum corporum esse diligenter incipit. deinde suppellectili laboratur. deinde in ipsas domos impenditur cura, ut in LAXITATEM RVRIS excurrant, ut parietes aduectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavimentorum respondeat nitor, &c. ^{d Sat. 4.} Iauenalis eadem expressit carmine ;

*Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus, quanta nemorum vectetur in umbra;
Iugera quo vicina foro, quas emerit aedes?*

Nec verò non respondebant hisce spatiis aulæ & mulæ urbium, capaces populi & Coenationes & Porticus, Vestibula, Atria, Peristylia, Bibliothecæ, Pinacothecæ, Basiliæ, & alia ad decorum maiestatis perfecta, & publicorum operum magnificentiam comparata. In summa, domorum eæ fuit amplitudo, ut domini (prout temporis conditio exigebat) quibusdam membris enterentur, quibusdam no, OSTIARIVS, quem Claustrum appellat ^{e D. penale de usu & habita- f apud Gell. 12. cap. 10.} Lanius, puerum ab Ianua & Cornelius Nepos, adiutum obsidebat, ut admiraret nimirum vel dimitteret eos, qui dominum conueniebant. D. ^{f Hannibale.} Bernardus ; cum enim CHRISTVS cordis ostium custodit, & est cordis ostiarius,

ut per illum ingrediantur & egrediantur omnes familia cordis, consequenter adjungit millia millium Angelorum, ad fores exteriorum sensum excubantium : nec audet alienigena irrumperet terribiles illas acies, propter Ostiarij reverentiam, & Angelorum custodiam. ^g Cicero : neminem à congressu meo neg, ^h Ianitor meus, neq; somnus absterruit. ⁱ Martialis, ^{b Lib. 5. 23.}

Illud adhuc grauius, quod te post mille labores

Paule negat lasso Ianitor esse domi.

EXCVBIAE, quas tangit D. Bernardus, Regum & Cæsarum fuerunt. ^{c lib. 1. Thebae.} Statius;

Non impacatis Regum aduigilantia somnis ⁱ *Pila, nec alterna ferri statione gementes*

Excubia. —

^d Cornelius Tacitus : coniuratis tamen metu prodictionis placitum, maturare cædem apud Baias, in villa Pisonis, cuius amanitate captus Casar crebro ventitabat, balnearijs & epulat inibat, omisso exoubijs & fortune sua mole. ^e Rutilius Nu- ^{e Lib. 1.} matianus,

Præbet equos, offert etiam carpente Tribunus,

Ex commilitio carus & ipse mibi

Officijs regerem vnum regia tecta magister,

Armigerasq; pij Principis excubias.

Ethæ EXCVBIAE, & CVSTODES in vestibulis fuerunt. ^{f lib. 9. Aenei.} Vir-

gilius Buten fidum ad limina custodem appellat. Idem

& poeta ; ^{g lib. 6. Aenei.}

Tisiphoneq; sedens, palli succincta cruenta,

Vestibulum insomnis seruat noctesq; diesq;

quem imitatus est h. Silius ;

Ante aulam atq; aditus, & inexorabile timen

Quanta cohore, omni stabulante per aia monstro,

Excubat ? —

Ee 3 Vir-

a. S. Am.

• Virgilius; — cernis CVSTODIA qualis? —
autem Vestibulo sedeat? — Appuleius, ante fores viri fortes, stipatoresq; regalium la-
terum, tutela per vigili, CVSTODIAM per vices sortium sustine-
bant. erant inter eos diuisa officia. in comitatu Regio armigeri
quidam, at extrinsecus singuli custodes locorum erant, & Ia-
nitores & Atriensos. Ethinc Nautam stationarium in sca-
pha, CVSTODEM appellat Petronius. Fuit enim Scapha
vestibulum nauis. Hinc Diphilus apud Athenaeum
scriptum reliquit;

Aύλας θεραπέουειν εστιν ως εμοὶ σῆσα
ἢ Φυγάδ[ο], ἢ πενώντ[ο], ἢ μαστίγιον.

d Lib. 5.

elib. 14 annal.
Fin prefat.

Lib. 1.

g Festus in
Tintinnare.
h declar. Rbe-
tor.

Ceterum Excubiarum Palatinarum imaginem nemo
melius a Corippo expressit. Neque vero priuati non ha-
buerunt & ipsi suas Excubias, ut inferius videbimus, &
adnotauit ad Tacitum eruditissimus L. LIPSIUS. Ad O-
stiarium ut reuertamur, is fuit cathenatus. f Columel-
la: an putem fortunatus a cathenato repulsum Ianitorem, sape
nocte sera foribus ingratis adiacere? Et hæc sunt Ostiarij
impedimenta apud Afranum. b Suetonius: L. Volaci-
lius Pilatus seruisse dicitur, atq; etiam Ostiarius veteri more in
catheba fuisse. Quod autem idem auctor de Lenæo Grā-
matico scriptū reliquit: puerum adhuc catheba subreptum
refugisse in patriā, nō est quod de Ostiario interpretetur.
Scriptura enim (me coniectore) liquido mendosa est,
quam unius elementi detractione emendabimus, le-
gendo; traditur autem puer adhuc Athenæus subreptus, refu-
gisse in patriam, perceptisq; liberalibus disciplinis, precium do-
mino suo retulisse: verum ob ingenium & doctrinam gratis

manu-

manumissus. Notanda autem sunt Suetonii verba, veteri
more. Quæ indicant non ita factum fuisse ætate Suetoni-
j. Et sane longo etiam post ipsum interuallo legimus
apud c Corippum, cathenas à Ianitore in Ianuam trans- a Lib. 10.
latas fuisse;

Et iam crebra manus veloci concita pulsa,
Limina quassabat ductis munita catenis.

Ad strepitum custos, cura est cui claustra tueri,
Sic ait indignans.

Ostiarii comes plerumque fuit canis. b Plautus; b Moellerius
Tranio age canem

Istam à foribus face abducas

c Suetonius de Vitellio Imp. latebras quærente; confu- a cap. 10.
gitq; in cellulam Ianitoris, religato pro foribus cane. d Seneca: a lib. 3. de ira
iratum vidisti amicum tuum Ostiario Causidici alicuius aut di- a cap. 37.
uitis, quod intrantem submouerat, & ipse pro illo iratus extre-
mo mancipio fuisse, irascens ergo catenario cani? & hic cum
multum latranis obiecto cibo mansuefuit. Et hic erat mutus,
vel potius vocalis custos, qui Excubitore dormiente vi-
gilaret. Ianitori enim vigilia indita erat. e CHRISTVS a Marcis 13.
dominus noster: sicut homo, qui peregrinè profectus, reliquit n. 34.
domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, &
Ianitori pracepit ut vigiles. Allusit ad hoc (ita liceat ap-
pellare) cynicum munus, parabola quæ extat diuitis
comessatoris apud D. f Lucam, ut recte animaduertit fcap. 16. n. 20
g Petrus Chrysologus. Inquit enim; sed dicas diues; ego et si g Serm. 133.
vinum negavi, aquam peto, quam communem cunctis animan-
tibus auctor ipse omnium præstisit & natura. puto diues, quod
& aquam pauperi tu negasti, cui ne ingredere tur Ianuam tu-
am, ne ad tuum puteum peruenires, canes quamplurimos obie-
cisti.

cili. Erant autem & qui pone ianuam canem pictum haberent, ut apud Petronium Trimalcio. At quid ad hæc pictores nostri? qui in Triclinio diuitis Lazarum delineant? potest ne quidquam ineptius aut cogitari aut fingi? scilicet Ianitores admisissent hominem scatentem ulceribus, dorso ipsi luituri quidquid oculos nauseabundi domini offendisset. Canes vero immanes illi Villatici & Venatici, num oblebatabant coenantem dominum? apage. Catelli quidem in delicijs tricliniaribus habiti sunt, ut testatur mulier Chananaea apud Matthæum, & indicant sculpturæ antiquorum & marmorum: ceterum Molossos, & eius generis reliquos, nemo in conuictum, nisi amens aut rusticus recepisset. At quisquis pictorum nostrorum penè omnium prauitatem corrigere voluerit, is profectò ocium desperauerit omnino: adeò ineruditи sunt, adeò cognitionem omnem antiquitatis turpiter abiecerunt. Ianitorum erat ignem seruare, ut memini me alicubi apud Aristidem in principe obseruasse. Ignem videlicet Larum familiarium, qui in atrio sicut non procul ab ianua. Quidius,

*Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frontes,
Equibus hæc populum spectat, at illa Larem.*

e Lib. 4. Lar autem Genius Focorum fuit inquit Arnobius. idemque Laræ nigros vocavit Prudentius; & in veteri de-

f Lib. 1. cōtra Symm. nario gentis Cæsiæ, Laribus Vulcanus superponitur.

g Dionysius Halicarnass. Seruius autem Tullius Laris familiaris filius creditus, lib. 4. quod eius mater conceperit in Foco: in cuius conceptus gratiam compitalia Laribus & Ludos idem instituit. His venerationis gratia consueuerat ignis accendi. b Capitolinus; & cum apud Laræ sacrificaret, carbones

viva.

a cap. 15.
b F. Vrsinus
in append. ad
Ciaccon. de
Triclin.

c Sacr. Serm. 5
in princ.

d Lib. 1. Faſt. Atrio sicut non procul ab ianua. Quidius,

*Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frontes,
Equibus hæc populum spectat, at illa Larem.*

e Lib. 4. Lar autem Genius Focorum fuit inquit Arnobius. idemque Laræ nigros vocavit Prudentius; & in veteri de-

f Lib. 1. cōtra Symm. nario gentis Cæsiæ, Laribus Vulcanus superponitur.

g Dionysius Halicarnass. Seruius autem Tullius Laris familiaris filius creditus, lib. 4. quod eius mater conceperit in Foco: in cuius conceptus gratiam compitalia Laribus & Ludos idem instituit. His venerationis gratia consueuerat ignis accendi. b Capitolinus; & cum apud Laræ sacrificaret, carbones

viva.

vinacissimi extinti sunt, cum in flammaris soleant. Et hinc apud nos vernacula vox Focolare, quasi Focus Laris, quod & alij notauerunt. Hinc Sedulius:

Hic laticem colit, ille Larem: sed iungere sacris

Non audent inimica suis, ne lite propinquā,

Aut rogas exigas desiccat fortior undas, ^{lib. 1. carmi.}

Aut validis tenues moriantur fontibus ignes.

Et ex his quæ contexuimus, non malè diuinet quispi-

am. Sarmentum illum, cuius meminerunt ^b Plutarchus, ^{b Antonio.}

Horatius, & ^c Iuuenalis, Ianitorem aliquando in ca-

thena fuisse. Horatius videtur asserere;

Multa Cicerrus ad hec: donasset iamne catbenam

Ex voto Laribus quærebat. Scriba quod esset,

Deterius nihil dominae ius esse.

Confirmat Petronius, qui Lares argenteos apud Trimalcionem, in ædicula inter ianuam & atrium videatur locare, in armario videlicet, ut infra explicabit nobis Plinius. Aliud Ostiarii ministerium tangit Petronius: in editu ipso stabat Ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo, atq; in lance argentea pisum purgabat. vile nimis & sordidum opus, quo & Venus & Psychen exercuit. Inuenimus quandoque mulieres etiam IANITRICES.

f Plautus.

Anus hic recubare solet custos Ianitrix.

Petronius: quamuis non minus sudoris habuimus etiam postquam ad stabulum peruenimus. Anus enim ipsa inter diuersitores diutius ingurgitata, ne ignem quidem admotum sensisset: Inferius: Anus præcipue lippa, sordidissimo præcincta linteo, soleis ligneis imparibus imposita, canem ingentis magnitudinis catbenam trahit, instigat in Eumolpum. g Pausanias eti-

g Lib. 5. Ff am

*apud Suriū
To. 2.*

am notat apud Homerum Ianitrices cœli horas. *A Ga*
Paphnutii martyris: Beatus verò Paphnutius, cum per ur-
bem ambularet, vidit ianuam eiusdem dñissimi hominis pa-
tefactam. accessit igitur, & mulieri quæ ianuam custodiebat,
da inquit mihi filia paulum aquæ ut bibam. Ab hoc more
sunt ancilla ostiaria in Euangeliō, & Rhode puella in
aclis Apostolorum, quæ pulsante ostium Petro pro-
cessit ad audiendum. Ianitores autem & Ostiarii, ideo
fores obseruabant, quia sordidum videbatur appenso
ut olim marculo eas pulsare. Nos hac soluti religione,
marculos recepimus, præclarè nobiscum a clum cen-
sentes, si ostiarium non alamus. Ianitori proximus fuit
minister, qui a IANO dius est. Iano enim, à quo la-
nus, aras Græci ante focos statuebant. Macrobio au-
tore. Latini videntur intus, & non uno in loco domus
coluisse, ut qui apud ipsos omnibus Ianus præset. I-
deoque homines recensentur in antiquis monumentis
A IANO PRIMO PALATINO. A IANO MEDIO. A IANO AB ATRIO.
Scio futuros, qui hæc carpant, quod Ianædificia grā-
dia & peruvia essent, non Signa; Fornices & Arcus pu-
blici, non Aræ priuatorum. Hoc utut verum sit, con-
cident tamen illi mihi, propè Atrium alicubi extitisse
Ianos, quod perinde est ac si dicamus intra domesticos
parietes, cum præsertim non omnino repugnet sub
Iano signum Ianæ collocatum fuisse, cum f Augustus
Pompeij statuam marmoreo Ianu apposuerit. Hæc
nos timidè & dubitanter asserimus, non ignari tracta-
ri à nobis plerumque crassissimas tenebras, quas si per-
rumpere aliquando nitamur, luce aliqua crepera &
dubia, nemo nobis paulò humanior vitio vortet. Sub-
sequun-

*f Suetonius
Aug. cap. 21.*

sequuntur ATRIENSES, post Vestibulum enim Atrium,

à quo & ATRIARI. Et huius proximitatis ratione anti-

quæ Glossæ illud & Iuuenalis,

Sat. 7.

— esuriens migraret in atria Clio.

De Ostiario, & custode Atriensi diu interpretan-

tur. Horum fuit Atrium tueri. *Varro; si ab ade & tuen-*

do Aeditus est, cur ab Atrio & tuendo non Atritus sit po-

tius, quam Atriensis? Seruius ad carmen Virgilianum;

lib. 9. Aen.

Armiger ante fuit, fidusq; ad limina custos.

Aeditus (inquit) fuit, quod ut supra diximus in ingenti ho-

more apud maiores fuit. illic enim & epulabantur, & Deos co-

lebant. Census etiam omnes illic seruabant. quod etiam Pleu-

eus in Asinaria, quæ inducit Sauriam seruum Ariensem in tota

familia plurimum posse. Et sancte operæ precium erit legisse

eiudem fabulæ actus secundi ultimam sc̄nam, nobis

lumen planè. Idem Grammaticus in I. Aen.

— vocemq; per ampla volutans

Atria — CICERO: RERUM AGRAR. LIB. 1. CAP. 10.

ibi inquit & pecunias habebant. unde qui honoratores erant,

liminum custodes adhibebantur. ut

qui Dardanio Anchise

Armiger ante fuit, fidusq; ad limina custos.

ibi & culina erat, unde & atrium dictum est, quod atrum erat

ex sumo. hucusque Seruius. Cicero: atq; ut in magna fa-

milia sunt alijs lautores, ut sibi videntur serui, sed tamen serui,

ut Atrienses, alijs inferiore loco ut Mediastini, &c. idem: quid

enim censes, si L. Mummius aliquem istorum videret, Matel-

lionem Corinthium cupidissime tractantem, utrum illum ci-

uem excellentem, an Ariensem seruum diligentem putaret?

idem Cicero, exstructa mensa non conchylijs aut piscibus, eis pisonem.

Ff 2 sed

Sed multa carne subrancida. Serui sordidati ministrant, non nulli etiam senes: idem coquus idem Atriensis. omnia apposite ad ea, quæ tradit Seruius; ut & illa Euangelica de Atrio summi Sacerdotis, in quo ad ignem & prunas calefaciebat se Petrus. Imò & quæ habentur apud Lucam & Mattheum; cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet, mirificè illustrantur carmine Virgiliano,

Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos.

An verò Atrium lacunatum esset, vel sub diuo, implicata quæstio est. à Vitruvius lacunaria non obscurè in Atris collocat. Ouidius etiam;

Pumice multicauo, nec leuibus atria taphis

Structa subit, molli tellus erat humida musco.

Summa lacunabant alterno murice concha.

f Lib. 14.

f &;

— donec

Excipiunt famulæ, perq; Atria marmore tecta

Ad dominum ducunt. —

g lib. 4 Flori- 8 Appuleius: sed & Medici cum intrauerint ad aegrum uti dor. visant, nemo eorum quod Tabulina per pulchra in edibus cer- nant, & lacunaria auro oblitera &c. At lacunaria & tablina non proprie in Atrio, sed circa Atrium visebantur; in porticibus nimirum quæ impluuium cingebant. Atrium enim $\ddot{\nu}\pi\alpha\vartheta\eta$ erat. Ouidius autem & Ausonius (ut etiam ^b vir eruditissimus notat) pro Aula usurpaue- runt. De seruo Atriense hæc habet Phædrus;

Ex alicinctus unus Atriensibus,

Cui tunica ab humeris linteo Pelusio-

Erat destrita, cirris dependentibus.

ubi

ubi querat aliquis quid sibi pet cirros voluerit Phædrus. Puerum ille cirratum intelligit, ut loquitur Per- sius; qualem nobis exhibent imagines Antinoi, quem Imp. Hadriani Atriensem fuisse testatur apud Eusebi- um Hegesippus.

alib. 4 histor. Eccl. cap. 8. ex Versione Christophori Veneti.



in Achate gemma.

In huius icones non omnino conuenit illud ^b Martia- lis,

Ff 3 mol.

—mollesq; flagellent

—Colla come.

cum sint neq; promisso capillo neq; detonso, sed cirrato & leuiter diffuso, quē comē tenorē seruant omnes Antinoi imagines. Ut ex his & Phædri carmine liceat suspicari, Attienses perpetuō círratos fuisse, neque aliiisse comam prolixam, vel attondisse eandem, sed longiusculam fuisse in usum círrorum. Ethic quidem fuit cynædus ille de pædagogio aulico deus, cuius meminit. Tertullianus, dignus planè, quem Ganymedes confessu dignaretur, & reciperet in contubernium Zamolxis, è fugitiuo Pythagoræ apud barbaros ^b deus. Erat autem in Atrio ^c Tablinum, in quo seruabantur codices rerum in magistratu gestarum: erant Armaria, quæ imagines maiorum continerent. Quo respectu Val. Maximus; imaginem in cella lonis Opt. Max. possum habet, quæ quotiescumq; funus aliquod Cornelie gentice lib. 8. cap. 16. lebrandum est, inde petitur, unig; illi instar Atrij Capitolium est. In locum imaginum irrepserunt exinde / ut conqueritur Plinius) signa externorum artificum, æra & marmora, ut etiam notauit in Atrio Trimalcionis Petronius. Neque alias quam Attiensis videtur fuisse, qui ab ATRIO CURANDO, vel ATRI CURANDI appellatur in antiquo elogio. Nisi dicamus fuisse recensitorem quempiam officiorum hominum, quorum ceteruæ in Atrio disponebantur. Et quid ni Nomenclatorem, qui domino salutantium nomen insurraret? Bibliothecæ autem, quarum hic apta omnino statio est, adeò infederant omnes domos, ut in ipsas declamauerit ^b Seneca his verbis; Studiorum quoq; quæ liberalissima impensa est,

^a Apologet.
cap. 13.

^b Aeneas Ga-
Zeus in Theo-
phr.

^c Vitruv. lib. 6. cap. 4.

^d Plin. lib. 35. cap. 2.

^e Iuuenalis
Sat. 8.

^f lib. 8. cap. 16.

^g Loco cit.

^h de Traguit.
cap. 9.

est, tamdiu rationem habeo, quamdiu modum, quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus vix tota vita sua Indices perlegit? Et sicut plerūq; ignari etiam servilium litterarum, libri non ⁱⁿ studiorum instrumenta, sed cœnationum ornamenta sunt. De hominibus qui hæc tractabant quoniam ^{non} nihil diximus supra, ad Pinacothecas transcamus, quæ & ipsæ ad insaniam usque receptæ priuatim sunt. ^a Vitruvius in ædium metatione lib. 6. cap. 7. ipsarum rationem non semel sibi habendam constituit: improbavitque ^b Plinius nimium studium, quod in illis instruendis & referciendis passim ponebatur. Et quidem tabulas pictas videntur curasse Pittores, quos semel indicauisse sufficiet. Iam vero OFICINATOR A STATVIS, cuiusmodi legitur fuisse Eutyches nescio quis Augustorum Libertus; & Hermeros Ti. Claudii Cæsaris seruus Theamidianus AB MARMORIBVS MAGISTER, faciunt ut credam, apud Cæsares saltem, non Pinacothecas tantum, sed & Agalmatothecas (ita liceat appellare) in deliciis fuisse. priuati enim his Atria referabant sua. Officinatorem à statuis, intelligo Fabrum statuarium, proximè ad vim vocis, quam & ^c Vitruvius, aliis intactam usurpauit. Explicat autem BERNARDINVS BALDV, in perpetuo ad Vitruvium commentario. Interioris domus portio cubicula sunt, in quæ quod etiam moribus nostris, introire passim non licet, ADMISSIONALES euocabimus. ^d Macrobius; dum ista nar. lib. 1. Satyr. mal. cap. 7. rantur, unus è familiis, cui prouincia erat admittere volentes dominum conuenire, Euangelum adesse nunciat cum Dyzario. ^e Lampridius: cum amicis tam familiariter vixit, ut ^e in ALEXANDRO communis esset ei sapè confessus, iret & ad conuinia eorum, a-

liquos etiam haberet quotidianos etiam non vocatos; saluta-
retur vero quasi unus de Senatoribus, patente Velo, Admis-
sionibus remoris.^a Seneca hoc respexit: ignouit ab auctoribus
^{a de clemētia cap. 10. lib. 1.}
victis. nam si non ignouisset, quibus imperasset? Sallustium &
Cocceium, & Duillios, & totam cohortem primam interio-
ris admissionis, ex aduersariorum castris conscripsit. recte, in-
terioris admissionis, erat enim non unica tantum admis-
sio. idem b auctor: est proprium superbia magno astimare
^{b lib. 6. de be- net. cap. 33.}
introitum, ac tactum sui liminis, pro honore dare, ut ostio suo
propius asideas, ut gradum prior in aedium ponas, in qua
deinceps multa sunt ostia, quae receptos quoq; excludant. Nec
alios quam Admissionales innuit molestus ille nuga-
^{c lib. 1. Sat. 9.}
tor apud Horatium;

— haud mihi deero,

Muneribus seruos corrumpam. non hodie si

Exclusus fuero, defissam. —

In aula apud Cæsares his præterat MAGISTER ADMISSIO-
NVM. Ammianus; summis verbis fit Ursicini mentio, ut
consilijs rei bellicæ præstantissimi, frustraque graui iniuria laces-
siti. & per Admissionum magistrum, qui mos est honoratior,
accito eodem, ingresso consistorium offertur purpura. &c. hic
autem MAGISTER etiam dictus est sine ulla alia adiectione,
^{e lib. 6. Varier.}

& hinc apud Cassiodorum legitur formula magi-
steriae dignitatis: & apud Corippum infra videbimus.
Admissionales ipsi, ex officio admissionis aliter dice-
bantur. Suetonius; trepidum eum interdicta aula sub Ne-
rone, quærentemque, quidnam ageret aut quo abiret, quidam
ex officio admissionis simul expellens, abire Morboniam infe-
rat. Magistro ipsi, quem diximus, is videtur adsigna-
tus vicarius, quem proximum Admissionum vocat

Ammia-

* Ammianus, & adiutorem magistri Cassiodorus. At ^{a Lib. 22.}
quia retulimus, Alexandrum Imperatorem salutari
constueisse patente Velo; Velem (ut in hac etiam in-
tima lectorum nostrum calamo ducamus) obtendebat-
tur foribus cubiculi Imperatorij, ut oculos arceret.

* Corippus;

^{c Lib. 3.}
Vt letus Princeps solium descendit in altum,
Membraq; purpurea præcelsus ueste locauit,
Legatos Anarum iussos intrare Magister,
Ante fores primus diuina nunciat aule,
Orantes se uestigia sacra videre
Clementis domini; quos voce & mente benignus
Imperat admitti. —

idem;

Verum ut contracto patuerunt intima Velo
Ostia, & aurati micuerunt atria tecti,
Casareumq; caput diadema fulgere sacro
Ter gazis suspexit Auar. —

Ethoc a Paulo Diacono sacrum velamen est: Italiamei ^{d lib. 16. de gest. Rom.}
per pragmaticum tribuens, sacri etiam velaminis dono confir-
mauit. Ante Corippum Lampridius, de Elagabalo scri-
bens: qui subito militum strepitu exterritus, in angulum se
condit, obiectuq; Veli cubicularis, quod in introitu erat cubicu-
li, se texit. Videntur autem in Palatio frequentia fuisse
Vela. tum quia Suetonius scribit, prætensta fuisse fo- ^{e Claudio cap.}
ribus etiam solarii Vela, tum quia VELARIOVM præsi-
datum & præfecturam in domo Augustana fuisse li-
quidum est. Neapoli;

D. M. L. FLAVI. AVG
Gg LIB.

LIB. PRIMIGENI¹ SVPRA. VELARIOS
DE. DOMV. AVG &c.
Romæ;
TI. CL. THALLVS
PRAEPOSITVS. VELARIOVM
DOMVS. AVGUSTANÆ & rel.

Epist. cit.

Neque Romani tantum Principes conclavium fores
Velis obtexerunt, sed & Barbari. ^a Sidonius de Theo-
dorici Regis VVisigothorum stipatoribus: circumfistie
sellā comes armiger, pellitorū turba sacerdotum ne absit, admittit
ur, ne obstrupat, eliminatur, sicq; pro foribus immurmurat,
exclusa Velis, inclusa cancellis. Quod autem diximus hoc
factitatum fuisse, ut Velum visum arceret, ea quidem
causa fuit, sed & alia propior & penè sola, ratio venera-
tionis, quæ & in priuatorum ædibus (ut dicemus) pro
suo modo fuit. Deorum sancte simulachra antiquitus
obiecto Velo abdebat. ^b Appuleius: ac dum Velis can-
dentibus reductis in diuersum, Deæ venerabilem conspectum
appreciamur. ^c Sulpicius Seuerus; quia esset hec Gallorum
rusticus consuetudo, simulachra Dæmonum, candido tecta ve-
lamine, misera per agros suos circumferre dementia. Hoc au-
tem à Diabolo fuit, qui Velum tabernaculi, & Velum
templi ridiculè voluit æmulari, ut & alia huius generis
sexcenta. A simulachris, Velamentorum obiectus
transiuit ad consistoria iudicium. ^d Constantius Impe-
rator; non sit venale iudicis Velum, non ingressus redempti,
non infame licitationibus Secretarium, non visio ipsa Præsidis
cum precio. Ab his ad limina Grammaticorum, in ho-
norem secreti, an verò integumentum erroris, dubitat

D.

D. Augustinus. In summa quidquid abdendum fuit, ^{a lib. 1. cōfess.}
Velo condebatur. ^b Martialis; I. H. V

^{c ap. 12.}
^{b lib. 1. 91.}

At meretrix ubigit testem, Veloq; serag;

^{c Epiced. in}
^{Patrem.}

extulitque Ausonius proverbi loco,

Non occisor, non garrulus, obvia cœpnens;

Valvis & Velo condita non adij.

Quo forsitan alludent Vela in thalamo, quæ recenset

^d Chrysologus: ex quo ad desponsandum suam Ecclesiam a extremo ser-

Christus aduenit, thalamus ornatur Sponso, & ornatur auro

fidei, argento sapientie, virtutum gemmis, sanctitatis Velis.

^e Senecid.

Seruius: ideo autem etiam in domibus tendebantur aulae,
ut imitatio tentiorum fieret, sub quibus bellantes semper ha-

bitauere maiores. unde & in thalamis hoc fieri hodie conspicimus.

Apud nos retento Hebræorum more, velabatur

olim aditus templorum & interni & externi. ^f D. Hie-

ronymus; erat ergo sollicitus si niteret Altare, si parietes

absq; fuligine, si pavimenta terfa, si Ianitor semper in porta, si

Vela semper in ostijs. ^g Gregorius Turonensis: alia quoq; ^{g deglor.} con-

vela, que vel parietibus vel ostijs dependebant, ad primum secesser. cap. 551

flamma flatum exusta sunt. Indicant hæc veteres è musi-

uo picturæ, quas nos in absidibus Altarium Romæ nō

semel contemplaverimus. Imò supersunt etiam hodie i-

bidem porticus templorum, veluti Alexii, Sabinæ, Au-

gustini in schola Græca, Cosmatis, & Chrysogoni, in

quibus cernuntur annuli velares inserti adhuc ferreis

vestibus. Anastasius Bibliothecarius non semel; Vela

defundato, Vela de Chrysoclauo, Vela de quadrapulo, Corti-
nam Alexandrinam, Vela alba holoserica; Et huius quidem

loci forsitan est inscriptio, quæ visitur Coloniæ Agrippi-

næ;

Gg 2 CAS.

CASSIVS
VELARIVS
FANI. S. GER. P
COM. STIP. XXVIII. &c.

^{a in not. ad} Cathedræ Episcoporum & ipsæ velatæ fuerunt, ut no-
^{martyrolog. 18} taut magnus ^{b in vita D.} BARONIVS. Summi etiam Pontifices hæc
Ianuar. videntur non reiecssisse; cum ^{c Gregorii apud} lohannes Diaconus scri-
bat, Hebræos mercatores numquam fuisse admissos ad
collocutionem, seu obtutum summi Pontificis, sed ex-
tra Volum longissimæ porticus, non quidem in scam-
nis, sed in pauimento sedentes, suscepta precia nume-
raffe. Sepulchris etiam nostrorum, Vela prætendi cō-
sueuisse testatur abundè Prudentius;

^{e Cathemerin Hym. 10,} *Hinc maxima cura sepulchris
Impenditur, hinc resolutos
Honor ultimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.*

^{d lib. 5. carmi.} *Candore nitentia claro
Prætendere linte a mos est.
Sedulius Iudam incessens;
Traditor illa dabat, pedibus consistere nudis,
Qui sensu pollutus eras, velut omne sepulcrum
Exteriora gerens alba velamina formæ,
Sordibus interius, faedogcadavere plenum.*

<sup>e Matthei 23.
f Auct. 23.
g Lib. 16.</sup> *Hic autem candor videtur peruenisse ad nos ab Hebre-
orum consuetudine, apud quos sepulcra visebantur
dealbata, & mirum est, nisi huc alluserit ^f Paulus, A-
nniam vocando parietem dealbatum. Quod & apud
Ethnicos videtur obtinuisse. ^g Ammianus: suast ^g con-
sarcinatus mendacijs, laſa maiestatis arcessere maritum inson-*

*tem, & fingere quod velamen purpureum à Diocletiani sepul-
chro furatus, quibusdam concys, occultabat. ^a Alcimus A- ^{b lib. 9. cap. 10.}
uitus;*

*Ille quidem celsa, dudum qui floruit aula,
Fletibus ad tumulum stipato funere fertur,
Auratoq; datur conditus membra sepulcro,
Et preciosata tegunt elatum linte a marmor.*

Transtulit autem & hunc ornatum ad sepulchra San-
ctorum Christiana pietas, pallis lineis & holosericis im-
positis, ut videre sàpè est apud Gregorium Turonen-
sem. Hæc de publicis Velis. Priuati & ipsi foribus suis
prætendebant. ^b Seneca: *nemo irruptit, nemo cogitatio-* ^{b Epist. 80.}
nem meam impedit, quæ bac ipsa fiducia procedit audacius.
non crepuit subinde ostium, non alleuatur Volum. ^{c L. 12. defun.} *c Vlpianus;*
sicut prothyrum domus, si velamen est, inquit, instrumento
domus continetur. Meminit autem idem I.Cs. Velorum,
quæ frigoris vel umbræ causa in domo essent; Velorum
*ciliciorum, quæ ideo pararentur, ne ædificia ven-
to vel pluia laborarent; Velorum quæ in hypæthris,*
quæ circa columnas extenderentur; quibus addemus
*& nos Vela & Aulæa tricliniaria, item Vela amphithe-
atralia, quæ per milites classiarios (inquit ^d Lampridi-
us) duci mos fuit. Admissionalium vicem functi sunt*
apud priuatos frequentius CVBICVLARI. ^{d in Cōmodo.} ^{e lib. 6. ad 40.} Cicero : iam
*cetera Iurisdic̄io nec imperita & clemens, cum admirabili fa-
cilitate. aditus autem ad me minimè prouinciales. nihil per*
*cubicularium, ante lucem in ambulabam domi, ut olim candi-
datus. Hi dominum tuebantur, quo fit ut ^f Alfenus cu*
*bicularios numeret inter eos, qui ad patris familias cor-<sup>f L. 203. de ver-
bor signif.</sup>*

^{a Declā. 3:8.} ^{b L. 6.14. An-} pus tuendum præpositi destinatiq[ue] essent. ^c Quintilianus: *an verò parum iustas sauiendi causas habebam aduersus cubicularium? dominum suum non defenderat, non seruauerat, nesciebat quis dominum suum occidisset.* Hac ex causa ^{d de legatice.} Tacitus excubias vocat: *sanc̄ consilium oculuit, telum inter ignaros parauit. num excubias transiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cædem patraret, omnibus ne- e Suetō. cap. 4. sc̄is?* Nec aliud Cæsarem mouit, cum in prædones incidisset, ut ceteris comitum seruorumq[ue] dimissis, detineret Medicum, & cubicularios. scilicet illis carere poterat, his non poterat. In Palatio autem, Præpositum fuisse cubiculo, per honestum munus fuit; ut de ^{e cap. 16.} Helicone præfeto cubiculo Caij Cæsar[is] testatur ^{f cap. 17.} a Philo. Contigit hoc Calligono ut vidimus Valentiniani, & Parthenio Domitiani apud ^{g Pertinace.} Suetonium, qui & f Sa- turium quendam recenset decurionem cubiculariorum. Erant enim non unus aut alter, qui apud Cæsares hoc munere fungerentur. ^{h Sur. T. 3.} & Capitolinus: *reliqui autem cubicularij Palatini (nam suos, statim ut Imperator factus est, filijs emancipatis dederat) diffugerunt, confirmat anti- quum epigramma;*

M. LIVIVS. AVGVSTA E.

L. AMARANTHVS

SVPRA. CVBVCLARIOS

Hi verò gratiosi apud dominum, maximis quibusq[ue] muneribus præfiebantur. ^b Cassius enim cubicularius Alexandri Imperatoris, accersit Martinam virginē. Nescio quis ⁱ alius eiusdem ordinis, Manuel, Sabel & Is- mael martyres inuitat ad sacrificandum, Iuliani Cæsa- ris nomine. ^k Maximus Almachij Præfeti urbi cubicu- lari-

^k Breviar. Rō.
14. Apr.

Iarius, Valeriani & Tiburtii supplicium exigit. Hinc Tyrii & Sidonii, quibus infensus erat Herodes, ^{a Actor. Apo-} Blasto, ^b qui erat super cubiculum Regis, deprecatore usi sunt. Eodem respexerunt Legati Hebræorum, ^c Heliconem ^{b Philo de Le-} Libertum præfectum cubiculo Caij Cæsar[is], obsequio ^{gat.} & muneribus conati sibi deuincire. Notatq[ue] Lampridius, Commodum omnia ex nutu cubiculariorum semper fecisse. Quod nemini mirum videri debet, cum Regium cubiculum ad rerum propè diuinarum vene- rationem accederet. ^d Petrus Chrysologus: *quantum se- cretum cubiculi sit regalis, qualis reverentia, quo tremore locus babeatur, ubi ipsa Principis requiescit potestas, quam nulli ex- traneo, immundo nemini, nulli infidelipareat illuc & permit- tatur accessus; quam munda, quam casta, quam fidelia ibidem præsolentur obsequia, Imperialis aula manifestis doceatur insi- gnibus.* Cubicularii autem armigerorum operam aliquando impleuerunt. ^e Ammianus; *post abruptum peri- culum, cui adeò proximus fuit, ut galeam eius cubicularius fe- rens, auro lapillisq[ue] distinctam, cum ipso tegmine penitus in- troiret.* Quin & copiarum duces fuerunt. ^f Anastasi- ^g Massoniūs in Vigilio. us: *codem tempore misit Imperator Justinianus Narsetem eu- nuchum, & cubicularium suum in Italiā &c.* Quo fit, ut minimè sit mirandum, apud Reges f Anglorum, cubi- ^f Ealredus in- cularium, qui & camerarius dicebatur, æs regium ad- ^{gita S. Eduar- di apud Saris- um Tomo 1.} seruasse. Item apud ^g Francos cubiculariis Regiis ho- ^h lib. 10. metā. norem aliquando maximum delatum fuisse. Et ab hac ^{in Ludouico Balbo.} interiore custodia cubicularii nostri, ut dominicorum facinorum consci, in caput quandoque dominorum torquebantur, velut etiam alij promiscue serui, ut ⁱ Ap- puleius & ^j Ammianus testantur. Habebat autem & ⁱ Lib. 28.

^a Domitiano
cap. 17.

cubiculum suos Lares. ^a Suetonius: puer qui curæ Larium cubiculi ex consuetudine assistens, interfuit cœdi, hoc amplius narrabat &c. Neque enim hæc de Laribus communibus accipio, sed de Larario ut vocat ^b Lampridius: usus viuendi (inquit) eidem hic fuit, primum ut si facultas esset, id est si non cum uxore cubuisse, matutinis horis in Larario suo, in quo & diuos Principes, sed optimos & lectos, & animas sanctiores, in queis & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit. Christum, Abraham & Orpheum, & huiuscmodi Deos habebat. Idem secundi Lararij meminit, & Lararij maioris. Quod autem apud ^c Suetonium de Augusto legimus; (Thurinum cognominatum, satis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam eius aream veterem, ferreis ac penè iam exolescentibus litteris, hoc nomine inscriptam; quæ dono à me Principi data inter cubiculares colitur;) hoc sanè ad cubicularios Lares referendum est. Nec alibi, quam in hoc secreto Larario L. ^d Vitellius A. Imperatoris pater, imagines videtur coluisse aureas Narcissi & Pallantis Libertorum. Et quia sanctos & beatos viros dormire in Domino usurpat ecclesiastica loquendi consuetudo, unde cæmeteria, & decantata septem dormientium memoria; ideo ^e Leonem I sanctissimum Pontificem legimus, sepulchris Apostolorum custodes adhibuisse, qui dicuntur cubicularii, ex Clero Romano. Collegam cubiculario adsignabimus illum, cuius meminit ^f Ouidius; <sup>g lib. 2. de ar-
te am.</sup> Fac plebem (mihi crede) tuam: sit semper in illa <sup>g lib. 4. de his
Fabius minor</sup> Ianitor, & thalami qui iacet ante fores. multa. Declā. à qua consuetudine narrat̄ Dionysius Halicarnassæus ^{i. & 2.} Tarquinium, clam Ianitoribus, qui ad cubiculi ianuā dormi

dormiebant. stricto gladio cubiculum Lucretiæ ingressum fuisse. Etihi erant CVSTODES cubiculares. ^{a Sat. 5.} Iuuensis, Pone seram, cohibe. sed quis custodiet ipsos Custodes? —

^b Appuleius: Barbarus iste, cum necessariam profectionem pararet, pudicitiamq; caro coniugio conseruare summa diligentia cuperet, seruulum suum Myrmecen, fidelitate præcipua cognitum, secretum commonet, suaq; domina CVSTODIAM omnem permittit. Briseis apud ^{b lib. 9. met.} Ouidium, Sepè ego decepto volui custode reuerti. Sed me qui timidam prenderet hostis erat.

^c Ouidius ipse:

Quem penes est dominam seruandi cura Bagoë.

^c &

Heu mihi quod dominam, nec vir nec fæmina, seruas. In hæc ædium intima coniiciemus exoletos, imitatos fœminas pueros, in deliciis habitos, quos præterimus lubentes, ne turpi recensendo ministerio, honesti lectoris, qualem nobis contingere cupimus, modestiæ incommodemus. Neque verò huic nostræ cubiculi collocationi aduersantur dicta CHRISTI domini Lucae xi. Quod enim ibi paterfamilias lectum & cubiculum ianuæ videtur applicuisse, id extra ordinem fuit, & magnō cum mysterio. O quam dare vult (exclamat ^f Chrysologus) qui se inquietari taliter, taliter patitur suscitari! O quam necessitatis esse sua, quod sua potestatis est, vult videri! O quam pulsanti iste gestinit occurrere, qui sic secreti sui cubile ipsam collocavit ad ianuam! DIAETARIIS seu ZAETARLIIS dicta nomen imposuit. Diaeta autem fuit vel cœnatio, vel cubiculum; vel cubiculi & triclinii appendix.

Hh Ab-

^{d lib. 2. amor.}
^{El. 2.}
^{g El. 3.}

<sup>c Epist. 3. Her-
eo.</sup>

^{f Serm. 39.}

a lib. s. hister. eccl. Abdias: iam enim regnum paratum vobis, & ex coruscantibus gemmis Zetas instructas, plenas gaudij, plenas epulū.

b apud Sur. To. 1. plenas delicijs, plenas deniq; vita perpetua & lumine aeterno, parvo tempore amisisti. D. ^b Sebastianus: quanto magis illarum vos debet pulcritudo invitare domorum, ubi sunt triclinia auro puro radiantia, quæ ex gemmis & margaritis ha-

c lib. 2. op. 17. bent Zetas instructas? Meminit autem non semel Plinius

d lib. 5. op. 6. junior Has, quia multæ erant in unica domo, discernebant apposito nomine numinis alicuius, vel alterius cuiuspiam rei. Exemplo sit celebris apud Lucullum Apollinis diæta, & illa altera eidem cognominis, cuius in veteri lapide adhuc extat mentio;

GESTATIO CIRCINI. EXTERIOR A DIAETA. APOLLINIS AD. DIAETA. EANDEM IN. CIRCVITV. P. 20. cc

*d Suetonius
Claudio cap. 10*

Item in Palatio Hermæum, in quod recesserat ^c Claudio exclusus ab insidiatoribus Caij Cæsaris. In eodem Palatio fuit coenatio nomine Louis, cuius meminit in Pertinace Capitolinus. Mica Domitian, & Timonian Antonij, indice non egent, cum per se nota sint satis. Verba etiam Dominica apud Matthæum Euangeliastam; εἰσελθε εἰς τὸ χαράκτης κυρίου σου, intra in gaudium Domini sui; vix aliter Grammaticè, quam de diæta, seu coenaculo possunt intelligi, quod Dominus χαράκτης vel appellasset vel inscripsisset. Et verò hæc seu inscriptio seu appellatio, non dedecebat locum in quo (ut parcer dicam) gaudium & hilaritas debacchabantur. Ad hæc

verbum

verbum εἰσελθε, quod Latinè est intra, vel subi, eò nos ducit etiam inuitos, ut etiam sentit V. cl. IOH. GEORGIVS HERVVARTVS Serenissimi BAVARIAE DVCIS intimus Consiliarius, abstrusarum antiquitatum promus & condus. Vox quoque ipsa χαρά de epulis sumitur, ut animaduertit nobilissimus idem vir, in libro ^b Esther; ^{aaap. 9.}

γενεύτιον ιμέραν μετὰ χαράς καὶ εὐφροσύνης. Seruo autem id quod erat exuere cupienti, nihil fermè iucundius obtingere poterat, quam cœnæ & conuictus dominici participem fieri. Et quidem ^b I. Cti. recensuerunt speciem manumissionis per accubitum serui à domino inuitati, desumpto forsitan more è Saturnalibus feriis, quibus libertate Decembri, ut ille ait, serui dominabantur, domini seruiebant. Quod autem verba CHRISTI Domini de conuiuio, & diæta accipienda sint, confirmatur ex illis, quæ leguntur apud eundem Matthæum, καὶ τὸν ἀχρεῖον σῆματον εἰς τὸ σκότον τὸ ἔχατερον. Tenebræ enim exteriores, ut animaduertit acutissimus MALDONATVS, opponuntur copioso tædarum, lampadarum, lychnorum lumini, quo coenaculum illustrabatur. Neque non hue pertinent οὐκανθρώποις, καὶ οὐ βρευθρώποις τῶν οὐδόντων. Exclusum enim & eiendum, amictum sindone super nudo, ut ab Euangelio non abeamus; agentem sub dio in tenebris, & metuentem sibi, reputantemque ignominiam suam, ecquid aliud manebat quam fletus & stridor dentium? Quæ si libero capiti contingebant, cur negemus eadem accidere potuisse infelici seruulo, quem vili tunicula indutum, torquebat mala conscientia perperam factorum, & domini præceps ira, ad flagella & crucis properantis? Illa verò

*b Caius institutionum lib.
1. cap. 1.*

ccod. cap. 25.

. H h D 2 eiul.

eiusdem Matthæi; επὶ πελλατε κατασήσας. videant eru-
ditiores, an adaptari possint ad triclinium C. Pompeij
Trimalcionis, in cuius prima parte, ut ait Petronius,
Procurator rationes accipiebat. Diætarios legimus,
^{a Ver. inscript.} tum Philodespotum illum ex Hermæo, cuius memi-
^{b 26. Mart.} nus, tum hospitem Sanctorum martyrem Castulum,
qui Zætarius Palatii inscribitur in ^b martyrologio. Zæ-
ta autem & Zætarius Diæta sunt & Diætarius ea forma-
^{c Surita ad t-}
^{tiner. Anton.}
^{d Lips. de pro-}
^{nunc. cap. 16.}
^{Isidor. lib. 20.}
^{orig. cap. 9.}
^{e Mitaleina}
^{ad Val. Max.}
tione, qua ^c Zarrhytum pro Diarrhyto, pro Diabolo
Zabulum, pro Dianio Zanum & pronunciari & scri-
bi, alij obseruauerunt. Neque adeò mirum videri hoc
sinunt voces non paucæ, Latinæ ortu & notione, in
quibus efferendis nos D in Z vertimus, ex communi-
tum Italicarum dialectorum, tum ^c nationum ferè o-
mnium consensu. Nomen DEI ipsius apud Latinos
sunt qui deriuent à voce Græca ZEYC, solerti profecto
& valde probanda coniectura. Lapicidinæ seu Lautu-
mæ in agro Vicetino sunt, indigenis & peregrinis ob-
nouitatem spectaculi celeberrimæ, in quibus naturæ
& artis pugna maior sit an concordia, meritò ambigi-
mus. Eas patria voce appellamus Costoza, antiquo
nomine sensim & per licentiam, quam diximus, immu-
tato; maioribus enim nostris procul dubio re & nomi-
ne custodia fuit. Et hæc in gratiam hominum nostro-
rum dicta sint. Ad Diætarios porrò ut reuertamur, Di-
ætis præfuit DIAETARCHVS. Romæ;
DIS. MANIBVS. DEXTRI
CAESARIS. SERVO. DI
AETARCHO. DOMVS
AVG. TREBONIA. LAV
DICE &c.

Quod

Quod verò habent glossaria. Atriensis Diaætarij, Diaæt-
ræχns, ex eo capite non improbamus, quod in Atrio
ut diximus cœnabant veteres, & Diaæta ut vidimus cœ-
natio fuit & cœnaculum. Oblectamenta domus, Sil-
uæ, Ambulationes, Viridaria, licet ^a pensilia essent a-
liquande, in superficiario tamen habitationis solo, ut
plurimum constituta erant. ^b Horatius;

^a Fil. Seneca
^{Ep. 122. Pater}
^{lib. 5. cōtrōs.}

^b lib. 1. epist. 10.

Nempe inter varias nutritur Silua columnas, q̄d iup.

Laudaturq; domus, longos qua propicit agros.

Tibullus;

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos,

Aurataq; trabes, marmoreumq; solum.

Iuuenal; M

Quid refert igitur quantis iumenta fatiget

Porticibus, quanta nemorum vescetur in umbra,

Iugera quo vicina foro, quae emerit aedes?

Martialis:

Daphnonas, Platanonas, ærias cyparissos;

Et non unius balnea solus habes.

Plinius: Iam quidam Hortorum nomine in ipsa urbe delicias,

agros, villasq; possident. & Iuuenal; cum dixisset;

Tandem pro multis vix iugera bina dabantur

Vulneribus ——————

subdit;

Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.

His peculiares homines è seruitio curam impendisse

nemo negabit. Et Romæ olim profecto in musæo Car-

pensi legebatur;

SEX. POMPEIO, SALVIO SEX. POM. SER. A. PEN

DICE, CEDRI. ITEM, AB. HORT. CVLT. H. S. E. &c.

Hh 3 En

Enseruum a' PENDICE CEDRI, & AB HORTORVM CVLTVRA. Et hic sanè adnotanda est Pendicis vox, quæ à nostris ciuitate donata, nescio an alibi apud autores Latinos legatur. Hanc frequentem apud Poetas nostros, inepti profectò sunt, qui ab appendice deriuant. Ab horti cultura fuit genero Vandalorum Regis ^{a. Gregor. lib. 2. Dial. cap. 1.} in Africa ^{b. Panegyr.} Paulinus Nolanus Episcopus sanctissimus vir, qui seipsum pro redimendo viduæ filio, in seruitutem dedit. At in familia Cæsarum VILLICI seu PROCURATORES HORTORVM fuerunt, tam urbanorum quam suburbanorum, pro dignitate videlicet, ne dicam superbia, diuinæ domus;

D M
FELICI. CAES. SER
VILLICO. HORTORVM
MAIANORVM &c.
&:

GENTI
COETI. HERODIAN
PRAEGVSTATOR
DIVIL AVGVSTI
IDEM. POSTEA. VILLICVS. IN
HORTIS. SALLVSTIANIS &c.
item;

LOCVM ADSIGNATVM. A. MOSCHO. PROC
HORTORVM MAIANORVM. ET. LAMIANOR
Respexit ad hoc hortense Cæsarum patrimonium iunior ^{b. Plinius}: circumfertur sub nomine Cæsaris, tabulis ingens, rerum venalium, quod sit de testanda avaricia illius, qui tam multa concupiscebat, cum haberet superuacua tam multa, tunc

exi-

existialis erat apud Principem huic laxior domus, illi amænior villa, nunc Princeps in hac eadem dominos querit, ipse inducit ipsos. illos magni aliquando Imperatoris hortos, illud numquam nisi Cæsar's suburbanum, licemur, emimus, implemus. Et de his demum illud maioris ^{a. lib. 5. cōtron.} Senecæ iure dici poterat, latiusq; nunc VILLICI, quam Reges imperante, SVBVILLICVS huius ordinis fuit, ut indicat titulus antiquus,

HERMEROTI. VICARIO. SYO
LVPERCVS. SVBVILLICVS
HORTORVM. ANTONIANOR
BENEMERENTI. FECIT

Hoc autem muneris tetigit foris ^{b. lib. 3. de ba-} Seneca: quo inquam ^{c. lib. 3. de ba-} seisti efferunt? ad ostium alicuius ostiarij, ad hortos alicuius ne ^{d. cap. 28.} ORDINARIVM quidem habentis OFFICIVM. Viridiania seu viridaria instruta fuisse hominibus qui colerent & ornarent, probat sepulcralis inscriptio,

L. CORNELII. L. L. SASAE
MAGNI. VIRIDIARIIL
MONVMENTVM & rel.

AQVARII, præter illos publicos, etiam priuati fuerunt, qui salientes curarent, pro familiarum quâ usu quâ voluptate. Aquæ sanè in eam copiam immisæ sunt in domos priuatas, ut Seneca Rhetor, in summis culminibus ædium, nauigabilium piscinarum freta haberet, alicubi testatus sit. Horti adhæc, Cubicula, Cænacula, Balnea, & corruptelæ denique omnes (ut conqueritur Frontinus) perpetuis salientibus instructæ fuerunt.

Iulius Paulus: domo cum omni iure suo, sicut instructa est, ^{a. lib. 3. sent.} legata, urbana familia, item Artifices & Vestiarij, & Zatarij ^{b. 7.} & Aquarij eidem domui seruientes legato cedunt. De publi-

Hh 4 cis

cis Aquarijs superius satis dictum est. Hoc unum erit
appendiculæ loco; M. Cœlium Rufum cum Taberna-
rijs & Aquarijs pugnasse, & quidem non cum hisce no-
a de aqueductu stris, sed cum illis qui ex familia publica erant. • Fron-
tinus; ac de vitijs huiusmodi nec plura nec meliora dici pos-
funt, quām à Calio Rufo dicta sunt in ea concione, cui titulus
est de Aquis. Fuerunt & Aquarij Cæsariani, ut indicat
antiquus titulus dedicationis, quem nos Romæ exscri-
plimus;

N Y M P . S A N C . S A C . E P I C T E T U S

A Q V A R I V S . A V G . N .

b Lib. 4. Aquariorum artes • Manilius recensuit;
Ille quoq; inflexa, fontem qui proyicit urnā,
Cognatas tribuit iuuenilis Aquarius artes.
Cernere sub terris, undas inducere terris,
Ipsaq; conuersis aspergere fluctibus astra,
Litoribusq; nouis per luxum ludere ponto;
Et varios fabricare lacus, & flumina ficta:
Et peregrinantes domibus suspendere riuos;
Mille sub hoc habitant artes, quas temperat unda.

Neque verò lectori nostro iniucundum fore arbitra-
mur, si ad leuandum tædium diuturnæ lectionis, ad a-
mœnos illum fonticulos deduxerimus, ut assideat tan-
tisper, & paruâ interiectâ mota vegetior exurgat.

c Lib. 7. 49. • Martialis;

Fons dominae, regina loci quo gaudet Hianti;
Gloria conspicua deliciumq; domus:
Cum tua tot niueis ornetur ripa ministris,
Et Ganymedeo luceat unda choro:
Quid facit Alcides sylva sacratus in ista? &c.

idem

idem alibi:

a Lib. 7. 14. Quis puer hic nitidis adfisit Hientidos undū,
Et fugit ad dominam Naida? numquid Hylas?

O benè quod sylva colitur Tyrinshius ista,

Et quod amatrices tam propè seruat aquas?

Securus lucet bos fontes Argueminiſtres. &c.

En ministros FONTANOS, annumerandos gregi non ma-
gis Aquariorum, quām Pocillatorum turbæ. Iuriscon-
sulti autem nostri vasa hæc recensent salientibus aquis
accommodata; plumbeum Castellum, Fistulas sub ter-
ra missas, Ahenum lateribus circumstructum, Fistulas
fictiles, Epistomia, Canales, Automata, Cantharos,
Personas, Crateres, Vasa ænea. Expressiones porrò a-
quarum Silani vocabantur. Earumdem moduli aut ad
unciatum, aut ad digitorum rationem instituti erant.
unde fit, ut apud b L. penult. de Paulum in epistola nescio cuius le-
gamus, ὁ οἰνοπότερος στάντολος, aqua fluentis digi-
tum, appositè ad veterem inscriptionem Suessanam, in
qua ordo Decurionum Coloniae Suessæ, C. Titio cūdā
Chresimo permittit

VT. A Q V A E . D I G I T U S

IN. D O M O . E I V S . F L V E R E T

Aquariorum priuatorum munera ex eorumdem fami-
lia publica satis patebūt. TOPIARIUS hortos exornabant,
uti & nunc faciunt. & id quidem Hedera, Myrto, Lau-
ru, Buxo, Chamædaphne, Adiantho, Acantho, & eius-
dem generis alijs. • Plinius de cupresso loquens: trahi- d lib. 16. cap. 33
turq; etiam in picturas opere historiali, venatus, classesue, &
imagines rerum tensi folio, breuiq; & vidente superuestiens.
iunior d lib. 5. ep. 6. Plinius; alibi ipsa buxus interuenit, in formas mille

i descri-

descripta, litteris interdum qua nomen domini ditunt, modo artificis. & post has Acanthus hinc inde lubricus & flexuosus, deinde plures figurae pluraq; nomina, legebatur olim Neapoli,

LVCRIO AVG.

TOPIARIO. EX HORTIS &c.

^a Febris.^b Adelph. act.
^c Sc. 2.^d Panegyr.
Traian.^d L. 3. deoff.
^e Prof. Vigili
^f Sat. 14.

INSVLARII Insulas custodiebant. erant autem ^a Insulæ xdes grandiores, quæ non iungebantur communibus parietibus cum domibus vicinis. quales Sex. Rufus & P. Victor olim Romæ non paucas recensuerunt. Veteres autem domos vel portus vel insulas dixerunt, ut notant ^b Donatus & Festus. His videtur præfuisse non numquam PROCVRATOR. Petronius: cum Procurator Insula Bargates, à cœna excitatus, à duobus Lecticarijs in medi- am rixam perfertur. Tetigit hæc ^c Plinius in Domitianū inuehens: ergo in vestigia sedesq; nobilium immigrant parcs domini, nec iam clarissimorum virorum receptacula habitato- re seruo teruntur, aut fœda vastitate procumbunt. datur in- tueri pulcherrimas xdes, detenso situ auditas ac vigentes. ma- gnum noctuum, non erga homines modò, sed erga ecta ipsa meritum, sifere ruinas, solitudinem pellere, ingentia opera e- odem, quo extructa sunt animo ab interitu vendicare. muta quidem illa & anima carentia, sentire tamen & latari viden- sur, quod niteant, quod frequententur, quod aliquando caper- int esse domini non seruentus. Et quia in Horreis & Insu- lis preciosissimam plerumque partem fortunarum sua- rum homines opulentri reponebant, ideo serui cysto- des appositi sunt, ut præter ^d Pomponium I. C. tum in- dicauit. luumalis, — misera est magnicustodia censu-

Dispo-

Dispositis prædines Amis vigilare cohortem Seruorum noctu Licinus iubet, attonitus pro milio Electro, signisq; suis, Phrygiaq; columna, Atq; ebore & lata testudine —

ubi antiquus interpres; per translationem, inquit, disci- plinæ Sparteolorum Roma, quorum cohortes in tutelam Vrbis cum amis & cum Aqua vigilias curare consueverunt vicinis. ^a L. 1. de off. ^b Paulus: erat autem familia publica circa portas & muros Praef. Vig. disposita, unde si opus esset euocabatur. fuerunt & priuate fa- milia, que incendia vel mercede vel gratia extinguerent. Neque verò frustra circa portas & muros disposita fuit familia publica, ut enim notat Donatus ad illa Teren- tij in ^b Adelphis,

— priusquam ad portam venias, apud ipsum lacum. Varro docet semper lacum portis additum: scilicet ob usum iu- mentorum excentium & introeantium: præterea ut adaequum hostilem ignem portis de proximo subueniretur. idem ^c Tit. cit. L. 3. ^d lib. 13. obser- uat. cap. 30. ^e Paulus: sciendum est autem Prefectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calceatum cum amis & dolabris. Ad quem locum legendus est magnus ^d CVIA- CIVS, cuius obseruationem possunt non nihil locuple- care verba. Petri Chrysologi in Serm. cui lemma est de seruo vigili, sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. nil de vestitu, nil de calciamentis, nil de ipsis occursum apparatus servi vigiles admonentur, sed tota in pre- cingendis lumbis mandatur cura. De priuatibus nostris ^e Ap- puleius: nec secius Thrasileon, examus in capto noctis latroci- nali momento, prorepit cauea: statimq; custodes, qui propè so- piti quiescebant, mox ad unum omnes, etiam ianitorem ipsum gladio conficit. & luumencus etiam;

^f lib. 4. metu.^g lib. 4. histor.

I i 2 Si

Eus

*Sic sciret certum furus insisteret tempus,
Quisq; domus custos vigilaret, & obvia ferret
Arma procul, ruptas ne quis penetraret in aedes.*

a Serm de du-
plici Tentat.
specie. nec non & D. ^aZeno: tu ad hæc sine dubio respōdebis, omnia simul reposita, ac recondita claustris validissimus, & signaculis tutissimus communici. nulli quidquam tribui: quin immo & ad custodienda ea vigilias addidi: meas curas impendi: solitudines tribui. Huc usque urbanum hunc gregem calamo lustrauimus; si non totum, summa saltē eius capita. Superest autem, ut & rusticam plebem in unum locum ante oculos philologi spectatoris cogamus. Qui conuenerunt spectatum, dent operam & æquo animo adsint. auferent enim secum Exodiarij nostri quidquid fastidij non ferendi, superbissima urbana mancipia, in hanc temporariam scenam inuixerunt.

Rustica familia non fuit illa quidem (quod ad im-
mensitatem attinet) urbanæ par; numerosa tamen &
ipsa, dignaque ob ministeriorum aptam inter se ratio-
nem, quæ à nobis seorsum recenseatur. Et sanè de nu-
mero testis nobis esse poterit Cæcilius is, qui testamen-
b lib. 33. ca. 10.to suo apud ^bPlinium edixit, *relinquere se iuga boum tria
millia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta millia.* Quotenim hominum capita tot bobus, tot pecoribus præposita fuisse arbitrabimur: diligentem sane ratiocinato-
rem, illa quattuor millia seruorum, quæ ipse expres-
sit, vix huic summa videantur sufficere. ^cValerianus
Imperator aluit in villa priuata vaccarum duo millia,
ouium decem millia, caprarum quindecim millia, e-
quas mille: ad quas sane copias quingenti serui rustici,
quos notat Vopiscus, pauci & infrequentes omnino
e Vopiscus. sunt.

funt. Iam verò arationes illas & latifundia quæ pro-
uincias occupabant & maria (ut inquit ^aSeneca) cin-
gebant; num credimus vastitatem & inanitatem fuis-
se & minimè verò. Vnius Siciliæ ergastula, bello serui-
li, centum & amplius millia fugitiuorum effuderunt.
^bProbus ille praefectus Prætorio, qui per uniuersum or-
bem Romanum patrimonia sparsa possedit, eam mul-
titudinem rusticorum mancipiorum possederit neces-
se est, ut illam pro dignitate rei, diuturna vix possit af-
sequi cogitatio. Age Senecam aduocemus qui defini-
uit; ^cVnum putas videri ventrem, cui tot consulum regio-
numq; vina conduntur? aspice quot locis vertatur terra, quot
millia colonorum arent, fodiant. unum putas videri ventrem,
cui & in Sicilia & in Africa scriitur? ^didem alibi. Quamdiu ^dEpist. 60.
sationibus implebimus magnarum urbium campos? quamdiu
nobis populus metet & quamdiu unius mensa frumentum multa
navigia, & quidem non ex uno mari subuehent. Huius fami-
liae recensionem illa nobis expedient, quæ scripta sunt
^elib. 6. cap. 9.
^flib. 1. cap. 6.
à Vitruvio & Columella, descriptibus villæ positio-
nem. Et quidem huius alterius topographiam sequi
placet. Villa igitur erit aut urbana, aut rustica, aut fru-
tiaria rursus urbana aut hyberna erit aut æstiva. In
hyberna paterfamilias per hyemem erat: in æstiva per
æstatem. Huius membra erant, cubicula, cœnationes,
balnearia, ambulationes, & reliqua ut in habitatione
legitimè urbana; quibus non immorabimur, quoniam
instruebantur ministerijs eò translatis, quoisque do-
minus ibi permansisset. A triensisbus exempli causa,
Balneatoribus, Fornacatoribus, Diætarijs, Oliarijs,
Fullonibus, Mediaſinjs, Scoparijs, Suppellecticarijs,

Tonsonibus, & reliquis alijs ad domini usum, & deliciis.
a lib. 12. cap. 3. Atriensi autem rustico illud iniungit ^a Columella,
ut suppellecilem exponat, ut curet ferramenta nitidari,
& liberari rubigine, quod utique apud parcos & at-
tentos patresfamilias obtinuisse arbitramur, qui nol-
lent superuacuum suppellecicariorum ministerium
domi habere. Et hoc non rure modò, sed etiam in urbe
aliquando placuit, cum ^b Cicero Atriensi comparet il-
lum, qui Matellionem Corinthium cupidè tractabat.
Villæ rusticæ primas Columella assignat culinæ, quam
in chorte cōstituit Vitruvius. Nos de Pistrino primum
agemus, quod utique oportunum fuit. Præcipit autem
c lib. 1. cap. pen-
ult. Palladius, ut si aqua copia patiatur, fusuram balnearum su-
scipient pistrina, ut ibi formatis aquarijs molis, sine animali-
um, vel hominum labore, frumenta frangantur. Quæ sanè
verba indicant, non ita recentem esse usum aquaria-
rum molarum, ut quidam arbitrantur. Alioqui viros &
mulieres in pistrinum coniectos fuisse perspicuum est,
ubi nimirū non aderat aquæ vis. D. ^d Lucas in Euang.
διέσονται ἀληθουσαι επὶ τὸ αὐτὸ μία παραληφθῆσαι &c.
meminit etiam ^e Theophrastus. Et hæ quidem mulie-
res, de viris diximus alibi: & patet ex ijs, quæ narrat
faustor historiæ misc llæ, de pistrino quod Imperator
Theodosius Romæ sustulit; mancipibus suppicio af-
fectis. Culinæ adscribemus mulieres, quæ ^f PVLMENTA-
RIA rusticis coquunt, item ^g eos qui CIBVM familiæ con-
ficiunt. his adsignabimus patinas & cacabos, sine qui-
bus coqui non poterat pulmentarium. Expressit au-
tem ^h Cato quid veniret nomine pulmentarij, at parec
(ni fallor) & crudum tantum respiciens non codum.
i lib. 13. tangit
et Cedrenus.

Sunt

Sunt huius loci FOCARIAE, quarum meminerunt ^a Pō-
ponius, ^b Vlpianus, & ^c Paulus. Focus enim fuit in co-
quinis. ^d Arnobius: ^e quid quæso ut faciat præsidatum fo-
corum Deus iste fortius est? per humani generis coquinas cur-
rit, inspiciens & explorans quibus nam lignorum generibus
ardor in foculis excitetur &c. ^f Sunt qui focarias concubi-
nas interpretentur; & profectò non malè. possumus
siquidem ex ^g Varrone coniecuram confirmare, is e-
nim de pastoritia concubina scribens: sed eas (inquit)
mulieres esse oportet firmas, non turpes, que in opere ut in
multis regionibus non cedant viris: ut in Illyrico paßim vide-
re licet, quod vel pascere pecus, vel ad FOCVM afferre ligna, ac
cibum ^g coquere, vel ad casas instrumentum seruare possunt.
Et sanc FOCARIJ, quos vocat ^b Vlpianus, ad culinam
pertinuerunt, cum eos ATRIARIS adiungat. CELLARIJ
vel CELLERARIJ à cella nominati, curabant aliquando
ut essent saluæ rationes, inquit ⁱ Vlpianus. Ceterum
& præbebant familiæ potionem, & cibum; eorumque
diligentiam præceptionibus instruxerunt ^k M. Ambi-
uius, Mænas Licinius, & C. Matius. Et hos ^m Varro
proximum statuimus ⁿ VALETUDINARIVM primò, tum
^p Cellas seruorum solitorum, quos in uniuersum OPE-
RARIOS vocabimus, ut appellat ^o Varro; AGRICOLAS
nimirum, & qui OPVS ruri faciebant inquit Terentia-
nus ^r Geta. Hic est MEDIASTINI locus, ^s SARRITORIS seu
^z SARTORIS, ^x OCCATORIS, ^y RVNCATORIS, ^z MESSORIS, &
aliorum huiusmodi, quos ^w OPERAS vocat Horatius, ut
& rustici nostrates. Messores corbe insignes erant. ^b O
uidius; ^y z, Colum. locoprex. cit, a Lib. 2. Sar. 6. ^b Lib. 13. Meta ^x Colum. lib.
^z Lib. 2. cap. 13. Colum. Varro
^{lib. 1. cap. 29.} Plautus Ca-
ptiuit. ^{2. cap. 13.}

O quoties habitu duri messoris aristas
Corbe tulit, veriq; fuit messoris imago.

^a Lib. 4. El. 2. ^a Propertius,

Arma tuli quondam, & memini laudabar in illis:
Corbis at imposito pondere messor eram.

^b L. 24. defun^{ct} COLONI ex hoc numero sunt, & recensuit ^b Iulius Paulus, à quibus videntur profluxisse coloni originarij, & adscriptitij glebales, quorum extat apud Iuris tum Pontificij tum Cæsarei conditores celeberrima mentio. D.

^c lib. 10. de cr- Augustinus: non sicut appellantur Coloni, qui conditionem debent genitali solo, propter agriculturam sub dominio posse-
nit. Des. cap. 5. sionum, sed sicut ait quidam Latini eloquij magnus auctor &c.

Adscriptitij sunt, glebæ quam incolunt adsignati, de-
uoti aratri & rastris, ut loquitur ^a Claudianus. Et ho-

rum contubernales mulieres nos utique non vexabi-
mus, diuellendo & aliò transferendo. Imò & inibimus
^e L. 13. & 16. gratiam ab ipsis opinor, si ^c LANIFICAS & ^f LANIAS coha-
de fund. instr. bitare permiserimus. Et in hunc fortè usum habiti sunt
aliquando in fundo TEXTORES, & instituti Hystones in-

gl. I. derer. quite Varro. Et sanè curam vestis conditæ unii villicæ
cap. 2 præscribit ^b Columella. & insuper ut præparatas & pe-
h lib. 12. cap. 3. titas lanas habeat, ex quibus sibi, auctoribus, & alijs in
honore, seruiliis vestis domi conficiatur. monet præte-
rea ut ad telam accedat, ac si quid melius sciat doceat.

ⁱ lib. 6. metam. Textrinum & Texricem ob oculos ponit ^a Ouidius;

Hand mora consistunt diversis partibus amba,

Et gracili geminas intendunt stamine telas.

Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo:

Inseritur medium radij subtemen acutis,

Quod digiti expediunt, atq; interstamina ductum

Per-

Quod digiti expediunt, atq; interstamina ductum,
Percusso feriunt inserto pectine dentes.
Veraq; festinat, cinctæq; ad pectora vestes.
Brachia docta mouent, studio fallente laborem.

de textrino rustico hæc cecinit ^a Sidonius;

Continuata dehinc videas, que conditor ausus

Aemula Palladyjs textrina ducere templis.

Hac celsi quondam coniux veneranda Leonci

(Qua non ulla magis nurus umquam Pontia gaudet

Illustris pro sorte viri) celebrabitur ade

Vel Syrias vacuasse colas, vel Serica filia

Percannas torsisse leues, vel stamine fuluo

Prægnantis fusi mollitum nosse metallum.

Nunc pergamus ad Ergastulum cum Columella. Fuit
autem domicilium FOSSORVM, qui compediti erant.

^b Iuuenal. :

^b Sat. II.

Ipse focis brevibus ponebat oluscula, quæ nunc

Squallidus in magna fastidit compede Fosso;

^c Sat. 14.

idem alibi;

Quid suadet iuueni latus stridore catene,

Quem mirè afficiunt inscripta Ergastula, carcér

Ruficus? —

^d Seneca pater: arata quondam populis rura, singulorū nunc ^d lib. 5. cōtrou.

Ergastulorum sunt, latiusq; nunc villici, quam Reges impe-

rant. Ergastulorum esse rura dixit Seneca ea ratione,

qua ^c Plinius scripsit, colis rura Ergastulis pessimum est, id ^e lib. 18. cap. 6.

est mancipijs Ergastulorum. At quindecim vindi Er-

gastulum constituebant, si ^f Appulejo credimus. His

^f Apologia (ut
Socāt) prima.

præterat ERGASTVLVS ut appellat Nonius, quem ERGA-

g in Ergastulū

STVLARIUM vocat ^b Columella. Eiusnus sanè dux ille no-

^b lib. 1. cap. 8.

Kk bilis

lis fugitiuorum in Sicilia, Ergastularius seruus fuit, telle
 a Lib. 14. in fin. a Ammiano; licet & Florus videatur dissentire. Horum
 b Lib. 3. cap. 10. opus erat fodere, unde dicti sunt FOSORES. Ideoque in-
 c lib. 3. carm. uisam terram Fosori canit. Horatius; ubi Porphyrio.
 Ode 18.
 d Sar. T. 3. Huiusmodi Eutyches, Victorinus, & Maro martyres,
 Nerei & Achillei (ni fallor) conserui, quos Aurelianus
 à Nerua Cæsare sibi donatos, tamquam seruos suos per
 sua prædia diuisit, iussu q̄ eos tota die terram fodere, & can-
 tabrum edere ad vesperam. Cantabrum porrò, ut olim do-
 eadufer. sur. lib. cuit vir magni nominis • HADR. TVRNEBVS, furfur est A-
 ss. cap. 16. picio & Cœlio. Et quidem Apicius lib. vii. cap. i. & vii.
 f lib. 2. cap. 19. cantabri meminit: at nullibi quid illud rei esset (quod
 ego quidem animaduerterim) explicauit. f Cælius Au-
 relianus de acutis morbis ad Hippocratem de pleuri-
 tics iuuandis; utendum (inquit) etiam hordeo vel orobo
 in acetomiti & calefacto, & celeriter siccello inclusio, tunc ap-
 posito: siue cantabro, eodem liquore feruefacto &c. Apud
 quem notandum est, quod ubi in Hippocrate lib. ii. de
 victu in morbis acutis non longè à principio, furfur
 est, in translatione apud Aurelianum ad eumdem Hip-
 pocratis locum, est cantabrum. Idem au^tor meminit
 cantabri etiam alibi. Accedunt Turnebo medici o-
 g Lib. de acu-
 tis morb. cap. mnes, Barbari præsertim, apud quos nihil est tritus.
 3. & 8. & 17. Galenus ipse in Dynamidijs, & Vegetius in veterinaria,
 succi cantabri mentionem faciunt, cremorem furfuris
 intelligentes, qui ut differebat PHILIPPVS MENZELIVS
 medicus Ingolstadiensis, cuius eruditioni hanc disqui-
 sitionem uniuersam debet philologus lector, ita expri-
 mi solet; In pugillos aliquot furfuris, seu cantabri in-
 funditur aqua. post horas aliquot refusa superflua a-
 qua,

qua, furfures exprimuntur: furfuris succus albidus seu
 tremor sic est usui. In furfure enim, præsertim triticeo
 aut farreo, multum est farinæ, vel farinaceæ materiæ,
 quæ partim maceratione illa, partim expressione, cre-
 morem conficit. Confirmantur hæc ex catholico F. Io-
 hannis de Balbis, edito Augustæ anno MCDLXIX. in quo
 disertè legitur, cantabrum purgamentum est frumenti vel
 farinæ, vel cibis caninus, quo canes pascentur. Itaque can-
 tabrum ad vesperam edere, non erit herba cantabrica
 vesci, ut opinatus est Surius, sed furfuraceo isthac pa-
 ne, & canino more tradari nedum seruili. Vocis verò
 originatio duplex assertur; altera à furfuraceo & con-
 temptibili pane, captiuis & seruilibus dato cantabris,
 ex odio maiore gentis, quæ duritie sua tot annos Ro-
 manos exercitus fatigarit; altera ab elementaria sub-
 stractione, quod videlicet cantabrum dictum sit quasi
 canabrum, à caninis pultibus, quæ ferè fiunt è furfuri-
 bus, & frumenti varijs purgamentis. Hæc omnia quæ
 nos in epitomen redigimus disertè & copiosè dominus
 MENZELIVS, in gratiam M. VELSERI cl. viri, cuius laudes
 supra omnem laudationem sunt. Ego verò (si lucer-
 nam licet mero meridie accendere) addo illa^a Iuuena^{a Sat. 5.}
 lis,

— cum possis honestius illuc

Et tremere, & sordes farris mordere canini?

Cantabrum designare, ut etiam censuit antiquus glo-
 sator, qui adiecit, panem sordidum, canum esse. Nec
 aliud sibi voluit^b Phædrus;

^b lib. 4. fabri-
tar.

Canes legatos olim misere ad Iorem,
 Melioris vita tempus oratum fuę,
 Visse abriperet hominum contumelij,

a cap. 49.

*Furfuribus sibi consparsum quod panem darent. &c. sup
Nec aliò forsan respexit. Suetonius Nerone; panem qui-
dem sordidum oblatum aspernatus est. Imò & quo ad ety-
mon, videndum est, an huic pani dederit nomen can-*



taber,

taber, cuius hoc elogium expressit. Silius Italicus;

a Lib. 3.

Cantaber ante omnes hyemisq; astusq; famisq;

Inuictus, palmamq; ex omni ferre labore.

*Nimirum bellicosum & asperum populum, non alia
videtur decuisse panis ratio, quam expedita hæc & par-
uo parabilis. Fosoris imago cernitur in antiqua æra
icuncula, cuius hoc exemplar est.*



Caput

Caput cetera glabrum, nisi qua à vertice in occiput, capilli in geminum nodum constricti, dependere videntur, in memoriam reuocat illa D. Cypriani ad martyres in metallo constitutos: semitonsi capitinis capillus horrendus. sed cum sit caput viri Christus, qualecumque illud caput debeat necesse est, quod ob Domini nomen insigne est. Iam verò cuculli sagati forma quæ hic cernitur, habitum indicat operariorum rusticorum, qui alioqui tunica inducebantur. Et hi quidem semirasi fuerunt, velut etiam uestores, & pistrinarij. At fugitiui omnino rasi. Et quia redditus agrorum non raro lapidicinis, cretifodinis, arenarijs, auri, argenti, sulphuris venis constabat, ideo adhibebantur huic operæ homines vindicti, qui cæderent, foderent, eruerent. Plautus;

*Abducite istum actutum ad Hyppolitum fabrum:
Iubete huic crassas compedes impingier.
Inde extra portam ad meum Libertum Cordalum
In lapidicinas facite deductus siet.*

b Lib. 6. i tototit. depu b. Athenæus narrat, Niciam Nicerati mille seruos locasse ad fodinas argentarias. Cæsares certè, ad quos veſigalia, & portoria lapidicinarum pertinebant, constituerant peculiares ministros, qui hæc procurarent. Ideò in elogijs sepulcralibus leguntur, M. VLPPIVS. MARTIALIS. AVG. LIB. A MARMORIBVS & T. FLAVIVS. FELIX. SVCCESVS AVG LIB. TABVLARIUS MARMORVM LVNNENSIVM. item, HYMENAEVS CAES. N. SER. THAMYRIANVS A LAPIDICINIS CARYSTIHS. Et quidem metalla habitacula piorum erant. Clemens enim Pontifex & martyr Chersonam deportatus, duo millia Christianorum & Bremiar. Rō. amplius (ut in eiusdem causa legitur) ibi reperit, da-

mna-

mnatorum ad secunda marmora. Et hæc fuit familiares & frequens nostrorum damnatio; in metallum videlicet, quæ & libertatem adimebat: cuius non semel aucta martyrum meminerunt. Huius poenæ appendix fuit ferri candens in uscio, vel in b pede, vel in c facie, vel in alia parte corporis. At quoniam plerumque Ergastulorum domini liberos & seruos promiscue suppribabant, ideo consueverunt Principes Ergastula recognoscere, ut fecit d Augustus, repurgare ut e Tiberius, tollere ut f Hadrianus. Horum, qui in ergastulis vel detinebantur vel supprimebantur, solemnis & legitima nota fuit inscriptio, illa quæ in fronte per inusionem imprimebatur. g Scribonius Largus Scriboniæ gentis d Suetō. ca. 32. e cap. 8. f Spartianus. Libertus, Claudioñorū temporum scriptor hoc prodit, verbis tamen corruptissimis, quæ nos emendare conabimur. Quatenus (inquit) acrium, & exulcerantium medicamentorum habita est mentio, ponemus qua stigmata tolluntur indignis & in multis. hæc calamitas ex transuerso accidit, ut dispensatori Sabini Calvi naufragio in ergastulo deprehenso, quem Tryphon multis delusum, & ne casu quidem litteras confusas ullo medicamento habentem liberavit. Stigmata hæc & quæ Tryphonis alicuius manus requirant. Tentemus igitur, & legamus: quatenus acrium & exulcerantium medicamentorum habita est mentio, ponemus quo stigmata tolluntur indignis. etenim multis hæc calamitas ex transuerso accidit, ut dispensatori Sabini Calvi naufragio in ergastulo deprehenso, quem Tryphon à multis delusum, & ne casu quidem litteras confusas ullo medicamento habentem, liberavit. Dicit autem calamitatem ex transuerso accidere, ut multò ante b Cicero; sed in te intuens Brute doleo, b in Brute.

^a Lib. 4.^b lib. 6. annal.
^c Epist. 27.
^d Sat. 14.

cuius in adolescentiam, per medias laudes quasi *Quadriges* ue-
hentem, transuersa incurrit misera fortuna *Reipublicæ*. Ita
auitor ad Herennium; deinde ubi visum est ut in alueum
descenderet, ecce tibi iste de transuerso, heus, inquit, adole-
scens, pueri tui modò me pulsarunt, satisfasias oportet. Ita Pe-
tronius: quod non expectas ex transuerso fit. Quod autem
Scribonius auxilio esse velit illis tantum, quibus per
iniuriam inusta fuisse frons, id verò summam ratio-
nem habet, Inscripti enim ob fugam, ob peruersitatem
ingenij contumacis, ob noxam, digni utique videban-
tur illa oris contumelia. Sabini autem Caluisij ^b Taciti-
tus & ^c Seneca meminerunt. Hunc ritum inspiciens
^d Iuuenalis cecinit;

Quem mirè afficiunt inscripta ergastula —

Petronius etiam, siue apud Petronium *Triphæna* dece-
pta specie stigmatum atramentariorum, sciscitari sub-
missus caput, quod ergastulum intercepisset errantes. Lepi-
dum autem, allium, cantharides *Alexandrinæ*, sul-
phur viuum, & alia quædam è Scribonio adhibe-
bantur inducendis cauteriorum signis in fronte ex-
tantibus, in quo artificio *Cynnamus* quidam, ille ne-
tonsor an alias quispiam incertum est, videtur excel-
luisse. ^e Martialis;

At si quid nostræ tibi bilis inusserit ardor
Vinet & hæredit, totoq; legetur in orbe.

Stigmata nec vafra delebit Cynnamus arte:

^f L. 35. de fun-
do instr. L. 16.
de usu fr.

Cretam effosam tractabant ^f FIGVLI, è corpore seruo-
rum; in usum videlicet fundi vasa parantes, quibus
exportarentur fructus, velut amphoras, & dolia, & in
villæ ædificationem tegulas; mercis etiam gratia, ut
vasa

vasa venirent. Figlinas autem in agro quomodo exer-
ceri oporteret, Hostilius *Sæfernæ* pater & filius libris edi-
tis monstrauerunt ut testatur ^a Varro; qui etiam ^b affir-
mat, se in Gallia transalpina, intus ad Rhenum, regio-
nes aliquot accessisse, ubi agros stercorarunt candida
fossicia creta. Huius loci fornax est, cuius ^c Cato me-
minit, & seruus *FORNACARIVS*, quem nominat ^d Vlpia-
nus. Ergastulo succedunt pecudum stabula, Bubilia,
Ouilia, Caprilia, Equilia; quæ omnia Columella in u-
num coëgit, licet Vitruvius alio ordine collocauerit. ^e L. 38 de funi
^f L. 1. c. Th.
Bubilia instruuntur homine ^g ARATORE siue *IVGARIO*. Et
illum quidem vetuit Imperator ^h Constantinus pigno-
ris causa de possessionibus abstrahi, ne tributorum il-
latio retardaretur. Iugarij meminit Columella, qui &
eiusdem operam recenset. Non aliis ab hisse *BVBULCVS*
seu *BVBSEQVA*, quorum munera apud rei rusticæ scri-
ptores latè extant. Bubulci imago extat apud ^b Ouidiū,
^k Virgil Ec. 10.
^l L. 25. de funi.
^m L. 68. de
ⁿ Colum lib. 3.
^o Dapjanus.
^p Apul. 7. 1.
^q Apul. 7. 1.
^r Lucianus in
^s Epitome an-
tiqua Turcio.
^t Appul. eod.
^u Epitome cit.
^x in agatione.
^y lib. 5. Sat. 8.
^z lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3. 4.
^{xx} lib. 2. 3. 4.
^{yy} lib. 2. 3. 4.
^{zz} lib. 2. 3. 4.
^{aa} lib. 2. 3. 4.
^{bb} lib. 2. 3. 4.
^{cc} lib. 2. 3. 4.
^{dd} lib. 2. 3. 4.
^{ee} lib. 2. 3. 4.
^{ff} lib. 2. 3. 4.
^{gg} lib. 2. 3. 4.
^{hh} lib. 2. 3. 4.
ⁱⁱ lib. 2. 3. 4.
^{jj} lib. 2. 3. 4.
^{kk} lib. 2. 3. 4.
^{ll} lib. 2. 3. 4.
^{mm} lib. 2. 3. 4.
ⁿⁿ lib. 2. 3. 4.
^{oo} lib. 2. 3. 4.
^{pp} lib. 2. 3. 4.
^{qq} lib. 2. 3. 4.
^{rr} lib. 2. 3. 4.
^{ss} lib. 2. 3. 4.
^{tt} lib. 2. 3. 4.
^{uu} lib. 2. 3. 4.
^{vv} lib. 2. 3. 4.
^{ww} lib. 2. 3.

tyricè escarum ministrum Agasonem appellavit, quem vulgo dicunt infertorem. Cum Festo tamen stat Seruius ad illa

a. 3. Georg.

a. Virgilij,

b. 32. Aen.

b. & ,

Impendunt curas denso distendere pingui,

Circumstant proper i auriga, manibusq; lacefussis.

ubi aurigas impropiè pro agasonibus dici notat. & eorumdem fraudes recenset. Quamquam & equos iumentorum nomine venire non est usquequaque nō uum, SUPERIMENTARIU mentionem facit Suetonius, seu apud Suetonium Claudio Cæsar, qui & conqueritur huiusmodi sibi pædagogum obtigisse, concinnè sanè ad sententiam Aristidis, cuius verba iam exscriptimus. Ab asinis dieti sunt serui ASINARIU, vel quod agerent, vel quod curarent. & meminerunt Cato &

d. Tit. 11.

e lib. 1. cap. 18.

f. lib. 3. c. ult.

Varro. Seruius in I. Georg.

Sapè oleo tardi costas agitator aselli,

AGITATOR verberator dictus ab agendo, ac per hoc asinarius dicitur. f Appuleius autem agasonem & asinarium promiscuè vocauit. Mulos regebant, curabant, agebant

g. L. 97. de le. 3

h. in coniuio.

i. Varro derer.

j. lib. 2 cap. 4

k. lib. 10. 98

l. in prafat. li. 3

m. lib. 7. Colm.

n. cap. 9

o. Varro lib. 2

p. cap. 4

q. Papiani in. sciebat adultos, ut & PORCARIVS.

r. Leg. Sal. 116.

s. ex edit. Basj.

t. cap. 8. nū 33, bet Græca versio, Matthæi Euangelistæ, pastores red-

didit

*didit vetus Latinus interpres. Et hi ferè omnes a PASTORES dicebantur, quibus præfuit is, quem pecori b PRAEFECTVM & pecoris * MAGISTRVM dicebāt. Seruius ad XII. Aen.*

— pauidi cessere magistri,

propriè magistris sunt militum, pastores pecorum. sed recipro- cœ sunt iste translationes. nam & ductor militum pastor voca-

tur, ut diximus supra, & magistros pecorum dicimus. Cicero;

quem magistrum pecoris esse dicebant. hactenus Seruius.

Ad hanc regulam, quem armenti CVSTODEM vocat

Ouidius, Lucretius Grammaticus pastorem vocat ar-

mentorum. Pastor fuit a Athenio, Cilix ille, qui in Si-

cilia, interfecto domino, familiam ergastulo libera-

tam, sub signis ordinavit; & ueste purpurea baculoq;

argenteo & diademate, mimicum Regem aliquandiu

egit. Iuxta ianuam præcipiunt rei rusticæ e scriptores

VILLICO habitationem fieri; quod huic familiæ tute-

*lam, inquit * Appuleius, dominus permitteret, quod*

rationes & pecuniam dominicā custodiret. Hic Latinis

Græcissantibus FEPITROPOS est. Hinc Varro agricultu-

re principē villicū appellat, ut & b Plautus villicationē,

præfeturam. hinc villicari notauit Nonius villæ præ-

esse. Successit enim villicus in domini locum, ut no-

tat, Columella. Ideoque vicedominus dictus aliquan-

do est, ut in actis SS. Nerei & Achillei, Victorinus loci

vicedominum, triennium ex paralysi decumbentem,

precibus sanavit. At hic quandoque distrahendis mer-

cibus & præponebatur, ut Ausonianus ille Philon. Eius

dem munera videre est apud Catonem, & Varronem,

& Columellam, Florentinum. Et hoc ministerij no-

men translulit, Cicero eleganter ad magistratus; in-

o in oratione pro Plancio

L 1 2 qui

*a Varro lib. 2
ca. 10 L. 8, 18.*

b Cic. pro Pla-

*cio lib. 2
* Varro lib. 2
cap. 10 Colum.*

ca. 10 L. 8, 18.

lib. 1 cap. ult.

clib. 11. metu.

*d Floru lib. 3
cap. 19. 11. metu.*

*e Varro lib. 1
derer. cap. 13*

Colum. l. 1. c. 6

** lib. 8 metu.*

f Auso. ep. 8. 1

g lib. 1 derer.

h in Casina

i lib. 12 in prin.

k L. 16 de inspi-

tor. act.

l Tit. 5, et 142

m lib. 1 derer.

cap. 36

n lib. 11 in prin.

Lib. 1. cap. 8

o apud Cottæ-

tin. lib. 2 cap. 42. & 43.

pro Plancio

quiens, sic Populus Romanus diligit magistratus, quasi Rei-publicæ villicos. Quem imitatus & Iuuenalis,

Pegasus attonit & positus modò villicus urbi.

a Sat. 4
b Sat. 3.

b & — nam sic labentibus obstat

Villicus, & veteris Roma contexit hiatum.

c Lib. 3 adu. gē. Accepit autē Arnobius propriè & signanter; Casius & ipse assequens, Fortunam arbitratur & Cererem, Genium Ionialem ac Palem, sed non illam fæminam, quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis ministrum Iouis, ac d E. 4. fides villicum. Villici contubernalis fuit ^d VILICA, cuius mi-

com. Lib. nisterium exequuntur suprascripti rustici præceptores.

e Colum. lib. 12 Et sanè cum matronæ olim ruris & instrumentorum in princ. agrestium curam sedulam haberent, non erat villicæ magna admodum opera, quod ipsi domini sua quotidie inuiserent. Atcum luxus & inertia pessum laudatos mores dedissent, necessaria visa est villica, quæ ma-

f Colum. lib. 12 tronæ officia tueretur. Curabat autem villica specora & salgama, præsertim ubi non aderant horum peculiares ministri, idèo Iuuenalis cum villicam nominasset;

— & montani

Aſparagi, posito quos legit villica fuso.

Statim subdit;

Grandia præterea, tortoꝝ, calentia feno

Oua adſunt, ipſiſ cum matribus, & ſeruata

Parte anni quales fuerant in vitibus uue:

Signinum, Syriumꝝ, pyrum, de coribibus yſdem,

Aemula Picenis & odoris mala recentis,

Nec metuenda tibi, ſiccarum frigore poſtquam

Antumnum, & crudi poſſere pericula ſucci

Imò

Imò & non ſemel occupabat coqui partes apud tenuiores. a Martialis;

a lib. 12, 18

— ecathedra

Surgentem focus excipit ſuperba

Vicini ſtru cultus iliceti,

Multa villica quem coronat olla.

b lib. 1, 23

idem;

Pinguis inaequales onerat cui villica mensas,

Et ſua non emptus preparat oua cinis.

Et imitatus hæc elegantissimus MVRETVS,

O mensa, nec luxu affluens, nec ſordida,

Dapibus parata rusticis!

Quas non, heri languentem ut irritet gulam,

Doctus ſaporauit coquus;

Sed filijs iuuenibus & ſeni viro,

Seuera coxit villica.

c Ode ad Petru Gerardo.

Non multum abſuit à villico * MONITOR, qui operarijs

* Colum. Lib. 1, cap. ult.

verbo & exemplo præbat. Item DISPENSATOR & PRO-

CVRATOR. ^{d L. 106. de Verbor. ſignifi.} Pomponius: potest enim aliquis dispensator

non esse urbanorum ſeruorum numero: veluti is qui rustica-

rūm rerum rationes diſpenseſt, ibiꝝ habitet, non multum abſit

à villico. ^{e lib. 3, Epi. 19} Plinius minor: poſſe utraq; eadem opera, eodem

viatico inuiſere: ſub eodem procuratore, ac penè yſdem acto-

ribus habere, unam villam colere & ornare, alteram tantum

tueri. Procuratoris cellam ſupra ianuam constituit

^{f lib. 1, cap. 6} Columella, ut villicum obſeruet ex vicino, & in tran-

tium exequuntiumque conſpectum habeat. Quam mini-

ſterij coniunctionem agnouit & Cicero: cum Pilia no-

g Lib. 14 ad Atticū. ep. 16

ſtra villam ad Lucrinum, villicosꝝ procuratores tradidiffem.

nbi tamen videtur legendum, villicosꝝ & procuratores.

L 1 3 Vlpi-

a L. i. de ser- ^a Vlpianus; Senatus censuit, ne fugitiui admittantur in sal-
 uos fugit. ^b
 b Lib. i. de ^b Cicero: num igitur si cui fundus inspiciendus,
 Orat. aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut im-
 perandum villico sit, Magonis Carthaginensis sunt libri per-
 discendi? Cum Procuratore ijdem fuisse videntur, qui
 MERCEDES præstare consueuerant; & meminit Iulius
 c lib. 3. sent. ^c Paulus. Procurator enim, siue ^d apud ^e Matt-
 Tit. 7. ^f hæum Euangelistam mercedem operarijs reddit. Ha-
 d cap. 20. ^g e L. quæsitum buit & rus ^h ACTORES suos, de quibus nihil amplius hic
 defund. instr. ⁱ dicemus, cum satis superque in urbana familia eorum
 L. 20. cod. Tit. ^j expressa sit opera. Illud unum non videtur omitten-
 Colum. lib. 12. ^k dum, in honore etiam ruri fuisse, ut scribit Columella.
 cap. 3. Præfeti enim & Præpositi, dominis non abuentibus,
 nati erant umbram honoris; ceteri pœnam, supplici-
 um, ignominiam. Ignominiosum enim fuit & pœnale
 rure quempiam habitare iubere. Minitantur id passim
 domini apud Comicos; & Pomponius Tr. Pl. apud ^l LI-
 um, obijcit L. Manlio Imperioso, quod filium iuuenem,
 nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus,
 foro, luce, congressu & equalium prohibitum: in opus seruile;
 prope in carcerem, atq; in ergastulum dederit. Quæ omnia
 g Val Maximus rustici operis appellatione complexus
 est. Nimirum fuit publicè concepta, & iam confirma-
 b Lib. 1. ta vulgaris existimatio (inquit ^m Columella) rem rusti-
 cam sordidum opus esse. Pœnam & ignominiam simul
 i Sur. Tomo 3. ⁿ videtur animo agitasse Iulianus Apostata, qui i Mari-
 notas & An- son. Gallon. de am uxorem Gordiani vicarij & martyris, in pago quodam,
 crucias. S. ^o mariry. cap. 9. quem Aquas Salarias vocant, rusticarum seruituti additi pre-
 ex videre vicit, cepit, ut ea seruitute oppimeretur. EXACTORES rustici,
 quo-

quorum extat mentio in veteribus marmoribus, hic o-
 mnino collocandi sunt. horum fuit varium & multi-
 plex agmen in domo Cæsarum, ut diximus, pro modo
 videlicet fundorum, hortorum, patrimonij, prædio-
 rumque. Et in veteri elogio legitur nescio quis exactor
 OPERVM dominicorum, qui huius fortè loci sit. Huc
 usque de villa rustica, quod erat alterum caput institu-
 tæ narrationis. Reliquum est tertium, villæ scilicet
 fructuariæ, in qua idem ipse Columella cellas locat, o-
 learium, torculariam, vinariam, defrutariam & cete-
 ras. Priorem illam exactè delineauit ^a Vitruvius, ^b Co-
 lumella, ^c Palladius. Instruunt eamdem ^d Cato, ^e Colu-
 mella, & ^f Neratius apud Vlpianum. Est huiusc statio-
 nis ^g OLIVITOR, nec non ^h CAPVLATOR, qui concha-
 ferrea in labrum fidile oleum expressum transfunde-
 bat. LEGVLI verò, STRICTORES, FACTORES, mercede con-
 ducebantur, ut indicant leges oleæ legendæ, faciun-
 dæ, & pendentes apud ⁱ Catonem. CVSTOS torcularium
 seruabat, qui tamen non semper in numero seruorum
 fuit. De torculari latè Columella & Palladius, & ante
 hos ^k Vitruvius; cuius itidem hæc sunt: Sucularumq; &
 Praelorum & Vectum, si non fuisset torcularis preparatio, neg.
 olei nitorem, neg. vitium fructum habere potuissemus ad in-
 cuditatem. A Prælo autem formauit ^l Ennodius PRAE-
 LATORES. Cellæ vinariae meminerūt ijdē quos supra in-
 dicauimus. Et hanc ^m Vlpianus instruxit dolis etiā de-
 fossis, Serijs, Cupis, Cadis, Amphoris. Seruus DOLEARIS,
 siue ⁿ DOLARIUS hic est reponēdus ex veteri marmore,

A. TERENTIVS. M. L. CHRYSOGONVS
 SER. DOLEAR


H . S. E Hu-

^a Lib 6. ca. 9
^b lib. 12. cap. 50
^c Lib. 1. Tit. 10
^d Tit. 13
^e lib. 6. cap.
 citatus.
^f L. 21. locato
 ex cond.
^g Sidonius lib.
^h ep. 9.
ⁱ Cato Tit. 66
^j Colum. lib. 12
^k cap. 50
^l Tit. 1. 44. 83
^m seqq.
ⁿ Lib. 10. cap. 1

Huiusmodi seruos cū cel-
lae vinarięty-
po exhibet a-
tiquum mar-
mor, quod a
no MDIC ef-
fossū est Au-
gustæ Vindelicorū. Eius
mihi delineatiom. VEL SERI
beneficio ob-
tigit, qui &
admonuit lo-
ci ^a Pliniani;
circa alpes li-
gneis vasis co-
dunt, circulusq;
cingunt.

His addemus
nos VINITO-
RES, sine qui-
bus nullus
procul dubi-
o esset cellæ
vinariæ usus.

^b lib. 3. cap. 3. b Columella;
nam ut amplif-
simas impēsas
vineæ



vineæ poscant, non tamen excedunt septem iugera unius ope-
ram vinitoris, quem vulgus quidem parui aris, vel de lapide
noxium posse comparari putat, sed ego plurimorum opinioni
dissentiens, preciosum vinitorem in primis esse censeo. Serui-
us ad illa, ^a Virgil. Buc. Ecl. 10.

aut mature vinitoruua,

Vinitor autem (inquit) vel custos vel cultor vinearum. Hu-
ius ordinis sunt VINDEXATOR, siue is VINDEXATOR sit;
nec non & PVTATOR. ^b Columella dicit vero interiectibus ^{b lib. 3. cap. 4.}
capere cuiusq; generis fructum aeneat, primum necesse est, ut
vindexatorum aleam subeat: neq; enim singulis toridem an-
sistes dare potest, qui obseruent, quiq; prcipiant, ne acerba
una cum maturis demerantur. Idem auctor;

^c Qua canat inter opus Musa modulante putator
Pendulus arbustis — ^d idem, circums alien, oratione, apud lib. 3.
FRONDATORI cum putatore non minimum conueniebat, ^e O. dli. 14. metā.
uidius;

Falce data frondator erat, uitisq; putator.

Induerat scalas, lecturum pomaputares.

Itaque LEGVLIS conueniebant scalæ. Frondatoris au-
tem operam frondationes appellat ^f Columella. At ^g lib. 5. cap. 6.
quoniam salices principatum obtinent inter eas arbo-
res quæ vinearum causa seruntur, inquit ^f Plinius, & ^g lib. 17. ca. 20.
nostrates agricolæ ipsiis arbustant agros, quod & ^h Plinius ^{g Lib. 17. ca. 23.}
aetate factum est, ideo ⁱ SALICTARIUM his associabimus. ^{h Cato. Tit. 11.}
ⁱ Colum. lib. 18.
Defrutaria vasa ænea seu plumbea fuerunt, in quibus ^{cap. 20. L. 13 de}
defrutum, caroenum, sapa coquebantur. Foenilia, pa-
learia, apothecas & horrea Vitruvius extra villam con-
sultore reiecit, ut ab ignis periculo tutæ essent, quod & le-
gibus locationum consueverat aliquando exprimi:
^j FOENISECTORES & FOENISECAE nō aliò ablegandi sunt.

Mm Et

b lib. 14. mes. Ethorum insigne fui corona è feno. ¹²⁰¹⁰ Ouidius;

Tempora sapè gerens fæno religata recenti,

Desectum poterat gramen versare uideri.

c lib. 1. El. 2. Propertius;

Dafalcem, & torto frontem mihi comprime fæno:

Iurabis nos tragramina secta manu.

d lib. 1. derer. Sequuntur tabulata, & granaria pensilia, sublimiaque

ut vocat Varro, quod & laboleno placuit, quæ Via

truius appellat sublimata. Percensendæ nunc nobis

sunt appendices quædam villa, hortus, fornax, fur-

nus, pisciua, sterquilinia, cohortes, auiaria, leporaria;

Horti mancipium olitor est. f Cicero; Parbedrum exci-

f Lib. 16. cap. 18. 14, ut hortum ipse conducat: sic olitorum ipsum committebis,

& 20. Helico ne quisimus his se dabit, nullo aprico horto, nullo e-

gl. 11. cap. 1. missario, nulla maceria, nulla casa. g Columella; facturus

mox si collibuisset, quod nunc aggredior, ut olitoris curam sub-

texerem villici officijs. Hic asino seu caballo utebatur,

b lib. 1. ep. 18. quod etiam nunc Romæ fit. ¹²⁰¹⁰ Horatius,

adimum

Thraes erit, aut olidoris ager mercede caballum.

i lib. 9. Metam. Appuleius; me deniq; ipsum pauperculus quidam hortular-

nus comparas quinquaginta nummis, sed magno, ut aiebas.

Et: matutino me multis oleribus onussum, proximam ciuita-

kL 27. ad L. tem deducere consueverat dominus &c. Ad fornacem per-

Aquill. LL 12. de fun. tinet FORNACARIUS seruus, cuius partes fuerunt ignem

instr. 1. de fun. tueri ne euagaretur. A furno MULIERES, quæ PANEM

in Serm. 99. coquebant (PANICOCTARIAS appellat Chrysologus)

in Serm. 17. de fun. non abiungemus. PISCATORES & piscatui præpositi

Leg. 3. Karo huius sanè ordinis sunt, quando togati illi Xerxæ mon-

lib. 3. derer. tium perfossores, & populatores marium, magistris &

cap. 11. nomenclatoribus in piscium gratiam catere nolue-

runt

runt. a Martialis; TV. I. 10. 10. M. D

a Lib. 10. 303

Natat ad magistrum delicata murena,

Nomenclator magister citat notum,

Et adesse iusti prodent senes nulli. A

b Metaphr. a

pud Sur. To. 2

lego Senec.

Nat. Q. lib. 8.

cap. 17.

b Piscatores autem illi v & xxv, quos Paphnutius mar-

tyr præmissi ad CHRISTVM, videntur saepe conditione

serui; urbani cahiem, quod ut notat Metaphrastes, ci-

bos mensa Præsidis compararent. c Valerianus Impe-

rador ad Zosimionem Procuratorem Syrie, inter cetera

caput Teobol.

Poll.

qui volt dari Claudioltunc Tribuno, venutores qui obsec-

quantur duos, carpentarum unum, curam Praetorij unum;

quarium unum, piscatorem unum, dulciarium unum. Ster-

quilinia & latrinas, ut ex his in agros egererent fi-

mum, curabant illi quos aliquid tangit. d L. 18. de usq;

fr.

Cohet è Catonis sententia hoc munere villico præscriba-

e Tit. 5

tur. Cohors quæ esset declarata Varro; Cohors, quod at

f L. 4. de L. E

in villa ex pluribus rectis coniungitur, ac quiddam fit unum,

si hac ex manipulis copulatur cohors: que in villa dicta, quod

circum eum locum pœnas coenctur. Receptum autem usu est,

ut frequenquis cohorte coicerentur & gallinæ villati-

ca, rusticæ, Africane, galli & capi, quorum curatorem

cap. 3, Ep. 2.

GALLINARIVM recensuit Varro. Ethinc Martialis pul-

bl. b. 3. de re

bols gallinaceos cortis aues appellat. Auiaria cohibe-

r. cap. 9.

bant turdos, pauones, columbas, tuitures, lusciniias,

b lib. 13. 45.

merulas, anseres, anates, phasianos. Horum omnium

custos AVIARIUS dicitur: singulatum, CURATORES &

PASTORES. Et quoniam his abuti consueverant deliciae

Colum. lib. 8

popinarum, exscribemus hic veterem Romanam in-

scriptionem, quæ docebit nos, ganeonum ibiprobita-

tē expugnatas concidisse olim, ut & saculo nostro, lau-

datissimas legum sumptuarum sanctiones;

cap. 3. 5. 11.

D. M. OLOPLVTIO
SVCGESSO. PRISCVS
L. VARI. AMBIBOLI
AVIARIVS. ALTI

^a Martialis. ^b lib. 13. 62. ^c lib. 6. cap. 3. ^d lib. 2. de rer. ^e cap. 1. ^f cap. 22. 4. ^g cap. 15. 23. ^h lib. 2. Sat. 3. ⁱ lib. 1. Epis. 6. ^j lib. 3. ^k lib. 10. den. ^l lib. 4. El. 2. ^m lib. 3. Sent. ⁿ Tit. 7. ^o lib. 4. El. 2. ^p lib. 3. ^q lib. 4. ^r lib. 5. ^s lib. 6. ^t lib. 7. ^u lib. 8. ^v lib. 9. ^w lib. 10. ^x lib. 11. ^y lib. 12. ^z lib. 13. ^{aa} lib. 14. ^{bb} lib. 15. ^{cc} lib. 16. ^{dd} lib. 17. ^{ee} lib. 18. ^{ff} lib. 19. ^{gg} lib. 20. ^{hh} lib. 21. ⁱⁱ lib. 22. ^{jj} lib. 23. ^{kk} lib. 24. ^{ll} lib. 25. ^{mm} lib. 26. ⁿⁿ lib. 27. ^{oo} lib. 28. ^{pp} lib. 29. ^{qq} lib. 30. ^{rr} lib. 31. ^{ss} lib. 32. ^{tt} lib. 33. ^{uu} lib. 34. ^{vv} lib. 35. ^{ww} lib. 36. ^{xx} lib. 37. ^{yy} lib. 38. ^{zz} lib. 39. ^{aa} lib. 40. ^{bb} lib. 41. ^{cc} lib. 42. ^{dd} lib. 43. ^{ee} lib. 44. ^{ff} lib. 45. ^{gg} lib. 46. ^{hh} lib. 47. ⁱⁱ lib. 48. ^{jj} lib. 49. ^{kk} lib. 50. ^{ll} lib. 51. ^{mm} lib. 52. ⁿⁿ lib. 53. ^{oo} lib. 54. ^{pp} lib. 55. ^{qq} lib. 56. ^{rr} lib. 57. ^{ss} lib. 58. ^{tt} lib. 59. ^{uu} lib. 60. ^{vv} lib. 61. ^{ww} lib. 62. ^{xx} lib. 63. ^{yy} lib. 64. ^{zz} lib. 65. ^{aa} lib. 66. ^{bb} lib. 67. ^{cc} lib. 68. ^{dd} lib. 69. ^{ee} lib. 70. ^{ff} lib. 71. ^{gg} lib. 72. ^{hh} lib. 73. ⁱⁱ lib. 74. ^{jj} lib. 75. ^{kk} lib. 76. ^{ll} lib. 77. ^{mm} lib. 78. ⁿⁿ lib. 79. ^{oo} lib. 80. ^{pp} lib. 81. ^{qq} lib. 82. ^{rr} lib. 83. ^{ss} lib. 84. ^{tt} lib. 85. ^{uu} lib. 86. ^{vv} lib. 87. ^{ww} lib. 88. ^{xx} lib. 89. ^{yy} lib. 90. ^{zz} lib. 91. ^{aa} lib. 92. ^{bb} lib. 93. ^{cc} lib. 94. ^{dd} lib. 95. ^{ee} lib. 96. ^{ff} lib. 97. ^{gg} lib. 98. ^{hh} lib. 99. ⁱⁱ lib. 100. ^{jj} lib. 101. ^{kk} lib. 102. ^{ll} lib. 103. ^{mm} lib. 104. ⁿⁿ lib. 105. ^{oo} lib. 106. ^{pp} lib. 107. ^{qq} lib. 108. ^{rr} lib. 109. ^{ss} lib. 110. ^{tt} lib. 111. ^{uu} lib. 112. ^{vv} lib. 113. ^{ww} lib. 114. ^{xx} lib. 115. ^{yy} lib. 116. ^{zz} lib. 117. ^{aa} lib. 118. ^{bb} lib. 119. ^{cc} lib. 120. ^{dd} lib. 121. ^{ee} lib. 122. ^{ff} lib. 123. ^{gg} lib. 124. ^{hh} lib. 125. ⁱⁱ lib. 126. ^{jj} lib. 127. ^{kk} lib. 128. ^{ll} lib. 129. ^{mm} lib. 130. ⁿⁿ lib. 131. ^{oo} lib. 132. ^{pp} lib. 133. ^{qq} lib. 134. ^{rr} lib. 135. ^{ss} lib. 136. ^{tt} lib. 137. ^{uu} lib. 138. ^{vv} lib. 139. ^{ww} lib. 140. ^{xx} lib. 141. ^{yy} lib. 142. ^{zz} lib. 143. ^{aa} lib. 144. ^{bb} lib. 145. ^{cc} lib. 146. ^{dd} lib. 147. ^{ee} lib. 148. ^{ff} lib. 149. ^{gg} lib. 150. ^{hh} lib. 151. ⁱⁱ lib. 152. ^{jj} lib. 153. ^{kk} lib. 154. ^{ll} lib. 155. ^{mm} lib. 156. ⁿⁿ lib. 157. ^{oo} lib. 158. ^{pp} lib. 159. ^{qq} lib. 160. ^{rr} lib. 161. ^{ss} lib. 162. ^{tt} lib. 163. ^{uu} lib. 164. ^{vv} lib. 165. ^{ww} lib. 166. ^{xx} lib. 167. ^{yy} lib. 168. ^{zz} lib. 169. ^{aa} lib. 170. ^{bb} lib. 171. ^{cc} lib. 172. ^{dd} lib. 173. ^{ee} lib. 174. ^{ff} lib. 175. ^{gg} lib. 176. ^{hh} lib. 177. ⁱⁱ lib. 178. ^{jj} lib. 179. ^{kk} lib. 180. ^{ll} lib. 181. ^{mm} lib. 182. ⁿⁿ lib. 183. ^{oo} lib. 184. ^{pp} lib. 185. ^{qq} lib. 186. ^{rr} lib. 187. ^{ss} lib. 188. ^{tt} lib. 189. ^{uu} lib. 190. ^{vv} lib. 191. ^{ww} lib. 192. ^{xx} lib. 193. ^{yy} lib. 194. ^{zz} lib. 195. ^{aa} lib. 196. ^{bb} lib. 197. ^{cc} lib. 198. ^{dd} lib. 199. ^{ee} lib. 200. ^{ff} lib. 201. ^{gg} lib. 202. ^{hh} lib. 203. ⁱⁱ lib. 204. ^{jj} lib. 205. ^{kk} lib. 206. ^{ll} lib. 207. ^{mm} lib. 208. ⁿⁿ lib. 209. ^{oo} lib. 210. ^{pp} lib. 211. ^{qq} lib. 212. ^{rr} lib. 213. ^{ss} lib. 214. ^{tt} lib. 215. ^{uu} lib. 216. ^{vv} lib. 217. ^{ww} lib. 218. ^{xx} lib. 219. ^{yy} lib. 220. ^{zz} lib. 221. ^{aa} lib. 222. ^{bb} lib. 223. ^{cc} lib. 224. ^{dd} lib. 225. ^{ee} lib. 226. ^{ff} lib. 227. ^{gg} lib. 228. ^{hh} lib. 229. ⁱⁱ lib. 230. ^{jj} lib. 231. ^{kk} lib. 232. ^{ll} lib. 233. ^{mm} lib. 234. ⁿⁿ lib. 235. ^{oo} lib. 236. ^{pp} lib. 237. ^{qq} lib. 238. ^{rr} lib. 239. ^{ss} lib. 240. ^{tt} lib. 241. ^{uu} lib. 242. ^{vv} lib. 243. ^{ww} lib. 244. ^{xx} lib. 245. ^{yy} lib. 246. ^{zz} lib. 247. ^{aa} lib. 248. ^{bb} lib. 249. ^{cc} lib. 250. ^{dd} lib. 251. ^{ee} lib. 252. ^{ff} lib. 253. ^{gg} lib. 254. ^{hh} lib. 255. ⁱⁱ lib. 256. ^{jj} lib. 257. ^{kk} lib. 258. ^{ll} lib. 259. ^{mm} lib. 260. ⁿⁿ lib. 261. ^{oo} lib. 262. ^{pp} lib. 263. ^{qq} lib. 264. ^{rr} lib. 265. ^{ss} lib. 266. ^{tt} lib. 267. ^{uu} lib. 268. ^{vv} lib. 269. ^{ww} lib. 270. ^{xx} lib. 271. ^{yy} lib. 272. ^{zz} lib. 273. ^{aa} lib. 274. ^{bb} lib. 275. ^{cc} lib. 276. ^{dd} lib. 277. ^{ee} lib. 278. ^{ff} lib. 279. ^{gg} lib. 280. ^{hh} lib. 281. ⁱⁱ lib. 282. ^{jj} lib. 283. ^{kk} lib. 284. ^{ll} lib. 285. ^{mm} lib. 286. ⁿⁿ lib. 287. ^{oo} lib. 288. ^{pp} lib. 289. ^{qq} lib. 290. ^{rr} lib. 291. ^{ss} lib. 292. ^{tt} lib. 293. ^{uu} lib. 294. ^{vv} lib. 295. ^{ww} lib. 296. ^{xx} lib. 297. ^{yy} lib. 298. ^{zz} lib. 299. ^{aa} lib. 300. ^{bb} lib. 301. ^{cc} lib. 302. ^{dd} lib. 303. ^{ee} lib. 304. ^{ff} lib. 305. ^{gg} lib. 306. ^{hh} lib. 307. ⁱⁱ lib. 308. ^{jj} lib. 309. ^{kk} lib. 310. ^{ll} lib. 311. ^{mm} lib. 312. ⁿⁿ lib. 313. ^{oo} lib. 314. ^{pp} lib. 315. ^{qq} lib. 316. ^{rr} lib. 317. ^{ss} lib. 318. ^{tt} lib. 319. ^{uu} lib. 320. ^{vv} lib. 321. ^{ww} lib. 322. ^{xx} lib. 323. ^{yy} lib. 324. ^{zz} lib. 325. ^{aa} lib. 326. ^{bb} lib. 327. ^{cc} lib. 328. ^{dd} lib. 329. ^{ee} lib. 330. ^{ff} lib. 331. ^{gg} lib. 332. ^{hh} lib. 333. ⁱⁱ lib. 334. ^{jj} lib. 335. ^{kk} lib. 336. ^{ll} lib. 337. ^{mm} lib. 338. ⁿⁿ lib. 339. ^{oo} lib. 340. ^{pp} lib. 341. ^{qq} lib. 342. ^{rr} lib. 343. ^{ss} lib. 344. ^{tt} lib. 345. ^{uu} lib. 346. ^{vv} lib. 347. ^{ww} lib. 348. ^{xx} lib. 349. ^{yy} lib. 350. ^{zz} lib. 351. ^{aa} lib. 352. ^{bb} lib. 353. ^{cc} lib. 354. ^{dd} lib. 355. ^{ee} lib. 356. ^{ff} lib. 357. ^{gg} lib. 358. ^{hh} lib. 359. ⁱⁱ lib. 360. ^{jj} lib. 361. ^{kk} lib. 362. ^{ll} lib. 363. ^{mm} lib. 364. ⁿⁿ lib. 365. ^{oo} lib. 366. ^{pp} lib. 367. ^{qq} lib. 368. ^{rr} lib. 369. ^{ss} lib. 370. ^{tt} lib. 371. ^{uu} lib. 372. ^{vv} lib. 373. ^{ww} lib. 374. ^{xx} lib. 375. ^{yy} lib. 376. ^{zz} lib. 377. ^{aa} lib. 378. ^{bb} lib. 379. ^{cc} lib. 380. ^{dd} lib. 381. ^{ee} lib. 382. ^{ff} lib. 383. ^{gg} lib. 384. ^{hh} lib. 385. ⁱⁱ lib. 386. ^{jj} lib. 387. ^{kk} lib. 388. ^{ll} lib. 389. ^{mm} lib. 390. ⁿⁿ lib. 391. ^{oo} lib. 392. ^{pp} lib. 393. ^{qq} lib. 394. ^{rr} lib. 395. ^{ss} lib. 396. ^{tt} lib. 397. ^{uu} lib. 398. ^{vv} lib. 399. ^{ww} lib. 400. ^{xx} lib. 401. ^{yy} lib. 402. ^{zz} lib. 403. ^{aa} lib. 404. ^{bb} lib. 405. ^{cc} lib. 406. ^{dd} lib. 407. ^{ee} lib. 408. ^{ff} lib. 409. ^{gg} lib. 410. ^{hh} lib. 411. ⁱⁱ lib. 412. ^{jj} lib. 413. ^{kk} lib. 414. ^{ll} lib. 415. ^{mm} lib. 416. ⁿⁿ lib. 417. ^{oo} lib. 418. ^{pp} lib. 419. ^{qq} lib. 420. ^{rr} lib. 421. ^{ss} lib. 422. ^{tt} lib. 423. ^{uu} lib. 424. ^{vv} lib. 425. ^{ww} lib. 426. ^{xx} lib. 427. ^{yy} lib. 428. ^{zz} lib. 429. ^{aa} lib. 430. ^{bb} lib. 431. ^{cc} lib. 432. ^{dd} lib. 433. ^{ee} lib. 434. ^{ff} lib. 435. ^{gg} lib. 436. ^{hh} lib. 437. ⁱⁱ lib. 438. ^{jj} lib. 439. ^{kk} lib. 440. ^{ll} lib. 441. ^{mm} lib. 442. ⁿⁿ lib. 443. ^{oo} lib. 444. ^{pp} lib. 445. ^{qq} lib. 446. ^{rr} lib. 447. ^{ss} lib. 448. ^{tt} lib. 449. ^{uu} lib. 450. ^{vv} lib. 451. ^{ww} lib. 452. ^{xx} lib. 453. ^{yy} lib. 454. ^{zz} lib. 455. ^{aa} lib. 456. ^{bb} lib. 457. ^{cc} lib. 458. ^{dd} lib. 459. ^{ee} lib. 460. ^{ff} lib. 461. ^{gg} lib. 462. ^{hh} lib. 463. ⁱⁱ lib. 464. ^{jj} lib. 465. ^{kk} lib. 466. ^{ll} lib. 467. ^{mm} lib. 468. ⁿⁿ lib. 469. ^{oo} lib. 470. ^{pp} lib. 471. ^{qq} lib. 472. ^{rr} lib. 473. ^{ss} lib. 474. ^{tt} lib. 475. ^{uu} lib. 476. ^{vv} lib. 477. ^{ww} lib. 478. ^{xx} lib. 479. ^{yy} lib. 480. ^{zz} lib. 481. ^{aa} lib. 482. ^{bb} lib. 483. ^{cc} lib. 484. ^{dd} lib. 485. ^{ee} lib. 486. ^{ff} lib. 487. ^{gg} lib. 488. ^{hh} lib. 489. ⁱⁱ lib. 490. ^{jj} lib. 491. ^{kk} lib. 492. ^{ll} lib. 493. ^{mm} lib. 494. ⁿⁿ lib. 495. ^{oo} lib. 496. ^{pp} lib. 497. ^{qq} lib. 498. ^{rr} lib. 499. ^{ss} lib. 500. ^{tt} lib. 501. ^{uu} lib. 502. ^{vv} lib. 503. ^{ww} lib. 504. ^{xx} lib. 505. ^{yy} lib. 506. ^{zz} lib. 507. ^{aa} lib. 508. ^{bb} lib. 509. ^{cc} lib. 510. ^{dd} lib. 511. ^{ee} lib. 512. ^{ff} lib. 513. ^{gg} lib. 514. ^{hh} lib. 515. ⁱⁱ lib. 516. ^{jj} lib. 517. ^{kk} lib. 518. ^{ll} lib. 519. ^{mm} lib. 520. ⁿⁿ lib. 521. ^{oo} lib. 522. ^{pp} lib. 523. ^{qq} lib. 524. ^{rr} lib. 525. ^{ss} lib. 526. ^{tt} lib. 527. ^{uu} lib. 528. ^{vv} lib. 529. ^{ww} lib. 530. ^{xx} lib. 531. ^{yy} lib. 532. ^{zz} lib. 533. ^{aa} lib. 534. ^{bb} lib. 535. ^{cc} lib. 536. ^{dd} lib. 537. ^{ee} lib. 538. ^{ff} lib. 539. ^{gg} lib. 540. ^{hh} lib. 541. ⁱⁱ lib. 542. ^{jj} lib. 543. ^{kk} lib. 544. ^{ll} lib. 545. ^{mm} lib. 546. ⁿⁿ lib. 547. ^{oo} lib. 548. ^{pp} lib. 549. ^{qq} lib. 550. ^{rr} lib. 551. ^{ss} lib. 552. ^{tt} lib. 553. ^{uu} lib. 554. ^{vv} lib. 555. ^{ww} lib. 556. ^{xx} lib. 557. ^{yy} lib. 558. ^{zz} lib. 559. ^{aa} lib. 560. ^{bb} lib. 561. ^{cc} lib. 562. ^{dd} lib. 563. ^{ee} lib. 564. ^{ff} lib. 565. ^{gg} lib. 566. ^{hh} lib. 567. ⁱⁱ lib. 568. ^{jj} lib. 569. ^{kk} lib. 570. ^{ll} lib. 571. ^{mm} lib. 572. ⁿⁿ lib. 573. ^{oo} lib. 574. ^{pp} lib. 575. ^{qq} lib. 576. ^{rr} lib. 577. ^{ss} lib. 578. ^{tt} lib. 579. ^{uu} lib. 580. ^{vv} lib. 581. ^{ww} lib. 582. ^{xx} lib. 583. ^{yy} lib. 584. ^{zz} lib. 585. ^{aa} lib. 586. ^{bb} lib. 587. ^{cc} lib. 588. ^{dd} lib. 589. ^{ee} lib. 590. ^{ff} lib. 591. ^{gg} lib. 592. ^{hh} lib. 593. ⁱⁱ lib. 594. ^{jj} lib. 595. ^{kk} lib. 596. ^{ll} lib. 597. ^{mm} lib. 598. ⁿⁿ lib. 599. ^{oo} lib. 600. ^{pp} lib. 601. ^{qq} lib. 602. ^{rr} lib. 603. ^{ss} lib. 604. ^{tt} lib. 605. ^{uu} lib. 606. ^{vv} lib. 607. ^{ww} lib. 608. ^{xx} lib. 609. ^{yy} lib. 610. ^{zz} lib. 611. ^{aa} lib. 612. ^{bb} lib. 613. ^{cc} lib. 614. ^{dd} lib. 615. ^{ee} lib. 616. ^{ff} lib. 617. ^{gg} lib. 618. ^{hh} lib. 619. ⁱⁱ lib. 620. ^{jj} lib. 621. ^{kk} lib. 622. ^{ll} lib. 623. ^{mm} lib. 624. ⁿⁿ lib. 625. ^{oo} lib. 626. ^{pp} lib. 627. ^{qq} lib. 628. ^{rr} lib. 629. ^{ss} lib. 630. ^{tt} lib. 631. ^{uu} lib. 632. ^{vv} lib. 633. ^{ww} lib. 634. ^{xx} lib. 635. ^{yy} lib. 636. ^{zz} lib. 637. ^{aa} lib. 638. ^{bb} lib. 639. ^{cc} lib. 640. ^{dd} lib.

Artibus humanis varia ad spectacula molem.

*c Epist. 85. in c Seneca hunc imitatus: certi sunt domitores ferarum, qui
fin. sauvissima animalia, & ad occursum exterrentia hominem, do-
cent pati iugum: nec asperitatem excusisse contenti, usq; in
contubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat,
osculatur Tigrim suis custos, Elephantem autē nimbus Aethi-
ops iubet subsidere in genua, & ambulare per funem. Ursi
d lib. 2. de ira, porro & Leones placidi domi alebantur, uti etiam
cap. 31. nunc sit animi causa. Pars huius agminis uasa sunt,
a Lib. 1. quorum meminit Edinerus in vita D. Anselmi. Neq;
verò intra leporarium & viuaria tantum exercita ven-
tatio est, sed & in saltibus fundorum montibusque, cum
f L. 26. de usu fr. venatio ipsa erat in redditu. Ad hæc VESTIGATORE O-
g L. 12. de fun. pus fuit, qui ferarum cubilia, per vestigia indagaret.
mfr. — Seruius ad illa in IV Aen.*

— saltusq; indagine cingunt,
INDAGINE, inquit, ferarum inquisitione. & quidam cum ve-
stigatoribus ALATORVM mentionem inductam accipiunt nam
indaginem vestigatorem ipsum tradunt. Alas verò alatores,
qui dextra & sinistra plagarum, sublata voce prohibent foras
exire. Idem Seruius ad II Georg.

h lib. 9. cap. 8. Non absunt illic saltus — Venationes, quæ penitus in urbibus non sunt. At h Columela
la VESTIGATOREM & INDAGATOREM ad apes transtulit. Illius minister fuit canis, qui vestigia odoratur, ut ha-
bent leges Baioariorum; cuius pretium solertia naris
a exeditione Ioh. Sichardi. est, & industria, nare mereri inquit Gratius. Verum
legēdū et ar- quia villa ædificia stare perpetuo non poterant, ideo
comidorm lib. b FABRI inter copias rusticas fuerunt, qui villam sartam
2. ouier. ca. 2. b L. 26. man- teatam præstarent. ARCHITECTI etiam, è quorum nu-
meris in veteri marmore extat sex. POMPEIUS, AGASIVS.

ARCHI-

ARCHITECTVS. A. VILLA, SEXTIANA. Crassus verò Fabros
& Architectos ad quingentos domi habuit, quorum o-
peras mercede locabat ciibus Romæ ædificare volen-
tibus, inquit Plutarchus. Architectum autem fuerunt ^{c in Crasse}
quidam qui STRVCTOREM vocarent, seu potius Archi-
tecti ministrum. Abdius: à domino (inquit) meo Rege ^{d Histor. Apo-}
^{f. lib. 9.} Indie missus sum, requirens artificem structorem, qui ei Pala-
tia posset ædificare. D. Zeno: Architectus es? attende tibi, ^{e deinceps} ATTENDE
ut fundamentum fidei, quæ est Christus IESVS, cum omni dili- TIBI.
gentia iacias & cautela. Structor es? vide quomodo adfices:
ne ligna & fænum, ne stipulam vel paleas, sed argentum &
aurum, & lapides extruas preciosos. Hos arte fabrica peri-
tos vocat Paulus ICs. & distinguit in FERRARIOS, & ^{f L. 19. de farr.}
TIGNARIOS. Fabros CARPENTARIOS nominat ^b Papiffa ^{infr.}
nus, uti & lex Salica; cuius hæc sunt ex editione Basili- ^{g lib. 3. scnt.}
ensi; si quis Maiorem, Infertorem, Scantionem, Mariscal- ^{h Tit. 7.}
cum, Stratorem, Fabrum ferrarium, Aurifidem sive Carpen-
tarium, Vinitorem vel Porcarium &c. ubi quid aurifaci cō-
mune sit cum carpentario, ego sanè non video. nisi di-
camus carpenta & vehicula auro & argento consue-
uisse exornari, ut Plinius luculento testimonio confir-
mavit. Carpenta enim & Augustarum primò foemina-
rum, Iudicum deinceps & Magistratum vehicula
fuerunt: & ideo in magno precio habita. Qui & QVA-
LVM & CALCEM portabant huius loci sunt; & quidem il-
lorum meminit Vlpianus. Qualus autem seu Qualū, ^{a L. 18. de farr.}
fuit nomen multi usus; nam & Quala satoria, & Qualū
panis, Qualos vindemiatorios, exceptoriosq; legimus.
yimineos præterea & salignos. Sunt qui oltori, qui a-
gricola, qui lanificis tribuant. Nostri illum fabrorum,
concham appellant, reliquos panieri. totum à parte,

^{b L. 12. L. 15 de fund. instr.} corvette e cestelle. Villam ipsam seruabant & ^{c custos} DIEBANT mulieres, ne quid vicini rerum, quæ villa con-
^{e Col. lib. 7. cap. 12.} tinebantur, occuparent. Adhibiti etiam sunt muti. ^{c v-} STODES canes, quos interdiu præcipit Cato clausos esse.
ut noctu sint acriores ac vigilantiores. Seruorum enim
^{d Serm. C.} vigilū vices & in urbe & rure implebant. ^d Petrus Chry-
sologus; canis dormientibus dominis, nocte & custos & per-
uigil, prodit extrancum, turbar furcam, occurrit latroni, ut cu-
ram releuet & sollicitudinem seruorum. Fundum uniuer-
^{e L. 58. de Leg.} sum tuebatur ^sALTVARIVS, Græcis αγεοφύλαξ, fructus.
^{f L. 12. defun. instr.} conseruabat, fines scustodiebat. Nomen etiam hodie
retinent rustici nostrates. Huiusmodi munere fundus
^{g cap. II.} est Asaph custos saltus Regis apud Nehemiam, & Tir-
^{h 7. Aen.} rhus ille ^b Virgilianus,

—Tirrhus pater, cui regia parent
Armenta, & late custodia credita campi.

ubi notat Seruius, describi magistrum pecoris & saltua-
^{i Varro lib. 1. derer. ca. 10.} rum. Saltus autem quatuor centurijs constabat vel
^{* Siculus Flac quis capud Festum} * quinq.; & fuit fundi pars ex Aelio Gallo & i Varrone,
in qua siluae & pastiones sunt; & harum causa casæ
quoque, ubi dominus aliquando habitatet. Huius or-
dinis videntur fuisse, qui IANVAS ad transmittendum
populum per villas obseruabant, ut notat Siculus Flac-
cus. non enim unus tantum IANITOR in tota villa fuit.
^{cap. 10. A. 3. meminiſſ. &} Oulia suos habuerunt, ut eliciture ex verbis CHRISTI do-
mini apud Iohannem: τοῦτο ὁ Θυράρης αἰοίχει, καὶ τὰ
^{Ianitoris rusti} πειθατὴς Φωνὴ αἱρεῖ αὐούσια. Et videntur Bubilia, Equi-
^{ii Sen. ep. 12. n L. 46. de Le-} lia, Caprilia itidem habuisse. Hos autem omnes, quos
^{g 16. 3.} à capite villæ rusticæ recensimus, Vlpianus vocat
^{e L. 203. de uer bor. sign.} mancipia prædiorum, operarios rusticos. Alsenus, ru-
^{p L. 18 de fun. inst.} stica mancipia. Paulus, alij aliter.

H - 87649

ANTONII VELSERI

Ad Hieronymum Fabrum Medicum,

de Zeta & Zetario,

SIVE DIAETA ET DIAETARIO,

Epistola;

Cui S. Castuli historia occasionem præbuit.



Nteralios complures honores, quos nu-
pet Landishutæ Sereniss Principes in me
immerentem contulerunt, non mini-
mus is fuit, quando in prandio, exorto
sermone de nomine Zetarij, quæ illi pro-
priè notio subiecta esset, cum dixisset quæ volebat
Rdus. D. Præpositus, Seruus. Princeps Maximilianus
meam quoque sententiam intelligere voluit, misitque
ad me D. T. quæsitum, ecquid super ea re mihi com-
pertum esset. Atque ibi ego, testatus ante omnia, nihil
me de ista quæstione ante cogitasse, diuqumq; non a-
lia quæ subito in mentem venissent; respondi I,
Idem mihi videri esse zetam, vel rectius zætam, quan-
quam promiscue scripserunt veteres, quod diaetam, 2.
Sic enim solitum antiquis duas illas litteras, D, I, in u-
nam Z. contrahere, cui rei firmandæ, testimonium
tunc attuli ex notissimo carmine ecclesiastico; Michaële
in virtute conterentem Zabolum, hoc est; quod nemo ne-
gare potest: diabolum. 3. Proindeq; eundem etiam es-
se Zetarium & Diaetarium. 4. Porro Diaetam siue Zæ-
tam,

tam, antiquitus fuisse coenationem, seu id quod Germanica lingua vocamus Tafelstuben / Italica Tinello.
5. Ex omni hac ratione eam summam redire, ut Zeta-
rius vel Diætarius is sit, cui zæta, diæta, coenationis
cura commissa est. 6. Ad extreum, arbitrari me hoc
minus fuisse seruorum, aut summum libertorum.
Quæsuisti, num ista omnia statim idoneis auctoribus
astruere ac probare possem. Negaui, quippe impara-
tus, & deprehensus. Postea domum reuersus, cepi con-
siderare singula diligentius & attentius, lubuitq; expe-
riri, an obsequentiores & minus superbos libros habe-
rem, quam D. Præpositus, qui suos à se consultos aie-
bat nihil respondisse. Et est sanè, cur veteribus amicis
meis, libris inquam, habeam gratiam, ita liberaliter &
benignè responderunt ad omnia, neque passi sunt exi-
stimationem meam, hoc saltem nomine, apud Serenissimum
Principem in discriminem venire. Vnicum est,
quod nunc primum ab illis didici, diæta quidem no-
men non raro pro coenatione accipi, esse tamen cum
huius vocis significatio latius tendatur. Ista quomo-
do se habeant, paucis, si vacat, accipe. 1. Dixi non ali-
ud esse zetam quam diætam. Plinius indicat epistola
17. libri secundi, ubi aliquoties diætam nominat, mo-
netq; interpres eius Io. Catanæus, alios libros zetam
habere. Eandem lectionis varietatem notauit in editio-
ne sua Henr. Stephanus. Iam libro 5. ep. 6. Diætulam
quoque legere est, ubi alij codices, eodem teste, zete-
culam præferunt. Turnebus itidem, vir magnus, &
veluti Sol quidam philologæ, ita sentit, & est qui pri-
mùm hoc cum docuisse assueret. 2. Contractionis il-
lius exempla, præter hymnum ecclesiasticum, permul-
ta

ta sunt apud alios. Ita Cyprianus ad Demetrianum,
Quid in ruinam Zabuli per ipsum & cum ipso cadi? quam
lectionem teste Pamelio agnoscunt aliquot manuscri-
pti; Ambrosius de Fide ad Gratianum libro 5. c. 1. Za-
bulus enim verum Dei filium fatebatur, Arrius negat. Hilaryes in Matth. can. 26. Furem enim esse ostendit Zabulum,
ad detrahenda ex nobis spolia pernigilem. Paulinus ep. 4. de
Iuda proditore sic loquitur: verè ut zabolus, ignarus gra-
zia Dei, in qua illi non esset portio. Ita Græci ζαπός pro
Ζαπός, ζαβάλλειν pro Ζαβάλλειν teste Plutarcho. Et
in Antonini itinerario, Zarrhytum pro Diarrhyto. Et
apud Isidorum Zanum pro Dianio; Sic enim legit vir
dociissimus Hieron. Surita, nam in vulgatis libris eam
lectionem non reperias. Sed desino, ne ineptus fiam,
& fortasse iam sum. 3. Zetarium eundem esse qui Diæ-
tarius, spero homini non nimis pertinaci ex ijs quæ su-
pra allata sunt, satis probatum, quid enim potest affer-
ri cum ulla probabilitatis specie, cur si zeta idem est
quod diæta, non etiam Zetarius idem sit qui Diætari-
us? 4. Quid igitur fuit tandem vel zeta vel diæta? Re-
spondi coenationem fuisse, taleq; aliquid quale Ger-
mani Tafelstuben oder Türniz / Itali Tinello appellant.
Probo. Sidonius Apollinaris lib. 2. ep. 2. Ex hoc tricli-
nio fit in diætam, siue in cœnatiunculam transitus. Lexicon
Græcol. vetus, οἰάτα τὸ ὑπεράσπιον cœnaculum. Tametsi
huic loco non nimis nitor, scio enim cœnaculum ali-
ud etiam significare, & verò, opinor, hic aliud signifi-
cat, sicut & apud Iuuenalem Sat. 10. rarus venit in cœna-
culam miles. Varro diætam inde dici vult, quod in ea per
diem edatur. Non quæro quam rectè hoc, est enim pa-
lam inceptum, quod pace doctiss. Romanorum dicere

Nn 2 liceat;

liceat; mihi satis est firmandæ sententiæ meæ esse. Athenæus libro 5. in descriptione nauis Hieronis Regis, ad utrumq; parietem aditus medij diætæ fuerunt numero xxx viriles, quatuor lectis stratae. Vbi eruditus interpres Dalechampius diætas interpretatur cœnacula, cœnationes. Fulvius Vrsinus in appendice ad librum P. Ciacconij de triclinio Romano: usurpatur autem, ait, diæta pro ipsa cœnatione & triclinio, tum ab alijs, tum à Sidonio. Ostensum est diætam pro cœnatione accipi, ostendamus hoc non esse perpetuum. Plutarchus μιαν παλλακήν διαιταν à Domitiano extructam, cum ipsius Capitolii magnificentia confert, qui locus certè, si quid ego sentio, non de cœnatione muliebri, sed de loco ubi concubinæ Imperatoris degebant, accipiens est. L. Codicillis ff. de usu & usufr. Pactia & Trophima Diætas omnes quibus uti consuevit, habitet, quam domum post mortem eorum ad Rempublicam pertinere volo. Quis hic non videt aliud esse Diætam à cœnatione. Plura sunt alia loca in ff. ex quibus idem apparet, quæ hic adscribere longum; & placet Iureconsultis, diætam in hortis significare habitationem voluptatis & amoenitatis causa extructam. Non aliter capio verba Aelij Lampridij in Heliogabalo; Dicitur & balneas fecisse multis in locis, ac semel lauisse, atq; statim destruxisse, ne ex usu balneas haberet. Hoc idem de domibus, de pretorijs, de zetis fecisse dicitur. Adrianus Turnebus Zetam vel Diætam ædificium dicentesse, vel membrum domus, cœnationem & cubiculum habens. Strabo libro XIII, κατεσκέψατε διαιταρ βασιλικοῦ τημάνου πεστηρέουτε. Interpres Xylander vertit Regiam domum construxit, quam Timonium appellavit. Reclamè, nam Plutarchus de eadem re loquens,

οὐκοτιν, ait, κατεσκέψατε αὐτῷ. Possunt alia quantumvis multa in eandem sententiam afferri, sed ego breuitatem consector. Ceterum Molani & Baronij interpretatione stare non potest. Apparet autem eos, vel illos potius qui primi cām co[m]entisunt, infraudem inductos istis Plinij verbis ep. 17. lib. 2. Diæta per quam eleganter recedit, qua specularibus & velis obductis redactus, modò adjicitur cubiculo, modò auferitur: lectum & duas cathedras capit. Non est, viri magni, hæc notionis vocis zeta explicatio, sed unius nō magnæ zetæ descriptio. Nec consequens est, ut si Plinius tam zetam habuit, omnis omnino talis fuerit. Dices ipse, si totum locum attentius perlegeris. 5. Cuiusmodi ergo Zetarij vel Diætarij munus officiumque fuerit, iam liquet homini non nimis iniquo, nempe Zetæ vel Diætæ curatio, scilicet ut munda esset ac nitida, tum ipsa tum suppellex, & instrumentum omne ad eam pertinens. Clarescit hoc magis paulò post. 6. Porro functionem eam seruilem fuisse, non est difficile demonstrare. Romæ lapis vestitus.

DIS. MANIBVS. DEXTRI
CAESARIS. SERVO. DIS. TRIBUS.
AETARCHO. DOMVS
AVG. TREBONIA. LAV
DICE. FEC. CONIVG. B. M
CVM. DVABVS. FILIS. FOR
TVNATA. ET. FELICIE
Vetus Lexicon Διαιτάρχης, Atriensis. Neque verò dubium esse potest, quin Διαιτάρχης Diætarius sit, aut, si forte, nihil enim affirmo, Princeps Zetariorum. Si èut Marsilius Cagnatus etiam de vestris ἀρχιτέροις disputat,

ita dictos, non quasi Principis medicos, sed medicorū, quouis de causa Principes. Et eodem vocare videtur nomen Atriensis, quod honestioris seruitij fuisse nemo ignorat. Omnino dīxtāxū, utcunque seruum, eximum aliquid supra ceteros Dīxtarios habuisse, non men ipsum haud obscurè demonstrat. Sed alterius ista loci. L. Quæsum est § 42 ff. de instr. leg. Idem respondit, domo, ita ut instructa est, cum omni iure suo legata &c. & infra: hostiarū autem, inquit, vel topiarū, dīxtarū, aquarū, dormitantum deseruientes, continebuntur. Iul Paulus lib. 3. sent. tit. 7. de legatis. Domō cum omni iure suo, sicut instruēta est, legata, urbana familia, item artifices, & vestiarū, & Zetarū, & aquarū, & eidem domui seruientes, legato cedunt. Vel hic locus planum facit nihil Dīxtarium à Zetario differre, quam dīctionem, Zetarij puta, totidem litteris scriptā, extra historiam S. Castuli, hīc tantum reperi. Habis de seruis. De libertis nullum testimonium possum adducere, nam superius illud de Paetia & Trophima, nō ausim certò assuerare hoc pertinere, quod si cui tamen placet eò trahere, non admodum repugnabo. Sanè plus aliquid fuisse quām seruum S. Castulum, præter alia id mihi persuadet, quod ter auditus fuisse dicitur, quæ cautio & moderatio in seruum, vīle caput, vix congruit. Hęc sunt, clariss. Dñe, quæ de Zeta & Zetarijs in mentem venerunt, sed & alia complura, quæ non est operæ, & nimis ambitiosum sit persequi. Scripsi autem in gratiam Sanctiss. martyris Ca-
stuli, cuius precibus me supplex commendō, & Sereniss. Principis, cui tu, si tanti esse putabis, referes. Dominus quoque Præpositus, si aliquando hanc epistolam

lam legerit, satisfactum sibi esse fortasse sentiet, intellegetque, nihil opus esse Illustrissimo Baronio super hac re negotium facessere, inuentum quippe cis alpes qui uoculam obscuram satis perspicue exposuerit. Benè vale vir clariss. Frisinge 21. Maij, 1604.

Meine Anerkennung und Dankbarkeit für die Unterstützung der
Familie und Freunde, die mir bei der Erstellung dieses Werkes geholfen haben.

Qui quis ille fuit, qui primus pronunciauit oculos & vestigia domini esse fundo saluberrima, ille sane rem acutetigit. Hoc ego nuper verum esse expertus sum, etiam in editione huius mei commentarii, quem me absente, operæ typographicæ adeo mendosum prodire passæ sunt, ut his quoque Indiculis perlegendis Lectorem non potuerim non fatigare. Siquid præterea minus animaduersum videbitur, id unusquisq; humanitati suæ relictum sciat.

In contextu.

Pag. 18. ver. 22. corrige Sosia. ibid. 24. flagrum. 24. 18.
imponi. 27. 1. Turpione. 29. 3. suo. ibid. 8. seditionem con-
ciavit. & hac Taciti non sunt. 30. 15. iudicem mangones &c. hac
exprimenda erant caracterib. grandioribus. 35. 2. tondebit.
ibid. 7. receptity. ibid. 12. horum 38. 7. que seruos prome-
bant. hac non sunt Vlpioni, sed Auctoris. 41. 4. in seruis. ibid.
6. Theamide. 42. 23. deligebantur. 48. 1. unguentum. 50. 21.
ars. 50. ult. his erat. 51. 11. Iumentalis. 54. 12. quo ipse. 57.
penult. Diaconi. 58. antep. compellunt. 69. 9. serum fuit. 72.
ult. tricliniarium. 85. 21. psalteria. 95. 8. agitant. ibid. 9.
dicebatur. 96. 1. date et 97. 9. incipient. ibid. 22. Hore. 98.
10. o luem. 101. 7. & omnes. 107. 11. amphoram. 116. 13. pu-
nica. ibid. 20. Alii ab his. ibid. 21. ut olim. 117. 14. significa-
uerunt. 119. 2. ictu. 121. 5. Neapoli. 123. 25. docuerunt. 124.
14. cippus. 126. 13. Curopalaram. 128. 4. subsequar. ibid. 16.
lassi. ibid. 21. pecunia. 135. 3. sellase. 136. 18. penula irreti-
tum Milonem. 137. 23. de Atriense. 140. 27. Bargaten. 142.
22. gestabant. 144. 1. Arnobius. 145. 4. Nec aliter. 147. 10.
nunciaret. 155. 21. uineti. 166. 18. Sosicles. 169. 1. Trapezi-
tas alii. ibid. 17. pertinet, ut ille. 176. 15. uenalitium. 177.
25. & ibid. 29. seruorum. 179. 16. uxorum. 181. 8. Familia-
rium.

gium. ibid. 17. debetur. 184. lin. ult. delicate. 185. 20.
Tunnunensi. 187. antep. Cæsari. 188. 19. fessam. 189. 25. te-
nebatur. 192. 19. SORQR. 198. 16. compagibus. 199. 21. gu-
lofius. 200. 5. hi nostri. ibid. 19. administrare. 203. antep.
innis. 208. 2. ceruicem. 209. 2. Peredeo. ibid. 23. cerinum.
213. 14. erunt. 214. 20. Multones. 219. 20. Alfeni verba
erant notanda, & segreganda à verbis Auctoris, varia scri-
ptura. 220. 27. Lanius. 231. 4. non studiorum. ibid. 6. quo-
niam non nihil. 233. 27. in domo Augusta. 235. 22. contempla-
tis sumus. 251. 11. portas. 254. 24. Theodosius. 256. 5. at. ibid.
28. arundo. 257. 1. Quod digiti, delendum ut repetitum. 265.
5. stercorarent. 270. 27. Marinam. 271. 17. legenda. ibid. 29.
CHRYSOGONVS. 275. 3. Nomenclator. 276. 8. Varronem.
379. 14. Papianus.

In Marginibus.

Pag. 2. ver. 10. Appul. 3. 12. Eustochium. 7. 11. Epitom.
iur. cia. dele. 10. 14. Dot. 17. 1. lib. 15. L. 15. 24. 1. Crasso. 32.
5. L. x. Mandati. ibid. 6. I. de oratore. 54. 8. cap. 56. 2.
templ. 61. 5. tos. 66. 2. L. 22. 104. 2. L. 12. 115. 1. Suetō.
dele. 119. 21. L. 2. ibid. 24. Hieronym. ibid. ult. ad Nicæam.
128. 7. Trinummo. 138. 4. actis D. Seb. ibid. 7. Visell. 155. 2.
Papianum. ibid. 3. L. ult. 158. 3. promotus. 162. ult. larga.
164. 2. Lib. 2. Saturn. & c. deletorum, & reponere Sat. I. 165.
12. urbis. 167. 2. renum. ibid. 11. litterule interlineares qf
præpostere collocata sunt. 168. 6. Lib. 4. Histor. Eu. 175. 1.
deleg. 3. 176. 10. noxal. 178. 6. hac inferius in proxima sta-
tione collocanda sunt: & hic reponendum L. 48. de pecul. 183.
7. locati. 193. 1. Metam. 212. scholia marginalia e & f loco
mota sunt. 220. 5. tor. ibid. 10. habita. 229. 4. Stophorus.
234. 5. Claudio cap. 10. deletoru, & reponere L. I. C. Th. de off.
Rector. Prou. 238. 2. L. 6. 14. 271. 5. cap. 273. 15. k.

F I N I S.

H-87649.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова